N. Inv. 772.

772.

Carmina de urinarum iudiciis edita ab excellentissimo domino Magistro Egidio cum comento eiusdem feliciter incipiunt

Iste liber nove institutionis: studiose compositionis artificio et auctorum scientiis elimatus est et exortus: in quo phisicalis scientie restant archana: quia secreta iudicia urinarum continentur: quem quidem quoniam lectoris animum erigit et extollit. nostrorum amicorum instantie inscripsimus De iudiciis urinarum et preceptorum traditiones in hoc opere metrice describuntur Metrica namque oratio succincta brevitate distinguens diffinitas specificans alligata est certitudini Ideoque confirmat memoriam et corroborat doctrinam Prosaica vero oratio propria libertate subfugiens conturbat memoriam et ignorantie parit confusionem Unde qui debent certa ratione censeri et commemorationis ex caractere sigillare potius metrice brevitatis affectant compendium quam prosaice prolixitatis dispendium Fortassis igitur de versibus incompositis et de metri inconcinnitate nos arguet lector importunus Sed attendat quoniam phisicalium verborum causa lex est ratio quod metrice orationis consortium vix designant vix enim multo conatu mansuescere vel castigari poterunt qui metrorum legibus arctarentur Ab hoc autem opere fugiant qui planetici sunt et discursores alienis fecibus imbuti: et ab infandino dogmate recedant alieni Sociis autem nostris domestice fidei quorum gratia hoc opus suscepimus huius nove institutionis offerimus Dividitur autem iste liber in duas partes in primam scilicet et in secundam In prima igitur parte agit de iudicio urinarum secundum cognitionem colorum et substantiarum In secunda agit de iudiciis urinarum secundum distinctionem suorum contentorum

De derivatione nominis urine ponit

Dicitur urina quoniam fit in renibus una
Aut ab urith greco: quod demonstratio fertur
Aut quia quod tangit mordet desiccat et urit
Ut de lacte serum sic limpidus eliquat humor
Sic liquor urine de massa sanguinis exit
Sanguinis est urina serum subtile liquamen
Humorum: quos cogit ars regitiva secunde
Et princeps operis dum fit cribratio renum
Dum fit ab impuris pure discretio partis

¶ Dicitur urina ¶ Expositio In illo libro isto auctor ille intendens doctrinam tradere de urinis In principio ponit derivationem nominis Urina ergo secundum sententiam illorum trium versuum derivatur altera trium derivatione ¶ Prima derivatio est illa Urina dicitur quasi una renibus quia in renibus formaliter generatur quamvis in epate principium et substantiam assumpserit Assumit tamen in renibus secundum usum vel quia magis fideliter habet significare super habitudinem renum quam aliorum membrorum Hec est ergo sententia primi versus ¶ Aut ab urith ¶ Secunda derivatio ponitur in hoc

versu tenus sententia hec est Urina dicitur ab vrith grece qd' est de
monstracio latine: quia per ipsam vrina disposiciones humani corpo
ris demonstrantur vt sanitas egritudo et neutralis: replecio et ina
nicio vel media habitudo et similia ¶ Aut quia qd' tangit ¶ hic ponit
tercia dericatio vrine et est talis vrina dicitur ab uro uris quia hz
virtutem vrendi et desiccandi Et ideo dicitur valere contra pustulas ut
sicut expresse scriptum est in comento ¶ Ut de lacte serum ¶ hic ponit qu
dam similitudinem inter serum et vrinam vt de ipsius vrine essencia
doctrina clarior habeatur. s. sicut serum de lacte per grossarum parcium
expressionem sequestratur ita liquor vrine de massa sanguinea eliquatur
¶ Sanguinis est vrina ¶ In hoc loco ponit diffinitionem vrine: que q
dem diffinicio assumpta e ab verbis ysaac vrina e colamentum sanguinis
¶ Commentum ¶ Renibus vna quoniam formatur in renibus generatur
et discernitur licet prius in epate et substanciam et colorem accipiat
secundum habitum: in renibus tamen assumpsit eam secundum vsum. vel
dicitur quia fidelius ceteris habitudinem demonstrat quam aliorum mem
brorum Unde dicitur vrina ab vrith grece qd' est interioratio demostra
tio interiorum membrorum Unde tamen certificamur de interioribus. tunc
consulimus vrine indicium Et dicitur etiam quia habet virtutem desicca
tivam Unde valet contra serpigenam et contra pustulas et contra vir
ge vlceracionem et cum felle accipitris collata per panni maculas delz po
tata: etiam splenetice confert ¶ Ut de lacte serum ¶ hic notatur similitu
do fieri inter serum et vrinam ut expresse de essencia similitudinis
vrine evidencior compleatur doctrina sicut autem serum per grossarum
parcium expressione de lacte excolatur sic vrina ex massa sanguinis eli
quatur Unde Theophilus quidem vero eam similem sero vocaverit
¶ Sanguinis est vrina Quid sit vrina hic diffinitur in hoc loco et est h
diffinicio que hic assignat bene consonans diffinicioni quam ponit The
ophilus in ysaac in libro vrinarum que talis est Urina est colamentum
sanguinis et aliorum humorum ex actionibus nature natum Sed est
hic notandum qd' non est revera serum sed quasi serosa substancia
cum sanguine eliquata ¶ humorum quos conficit ars regitiva scilicet
virtus regitiva s. secunde digestionis ¶ Et princeps operis dum fit cri
bracio rerum x sequestracio q sequestracio fit in epate flegmatica namque
materia in primo motu ebulicionis generata ad pulmonem emittitur
vt in flegma convertitur Colerica materia ad cistim fellis transmittitur
Melancolica dermatur ad splenem Sanguinea materia in epate sin
ceratur et mundificatur Aquosa vero substantia idest vrina cum sang
wine ad renes deportatur: et per poros emuncdes resudat in vesica

Ponit condiciones vrine

Quale: quid: aut quid in hoc quantum quocies ubi quando

Etas natura sexus labor ira dieta
Cura fames motus: balnearum cibus vnctio. potus
Debent artifici certa racioni notari
¶ Si cupis vrine iudex consultus haberi
Quatuor ex primis cum precipue dominentur
Debet iudicii pocior sentencia sumi
Integritas lapsus virium virtus minus aut plus
Et status his mediis sit ab hoc examine certus

¶ Expositio brevis ¶ Quale quid hic ponit conditiones que req
uiruntur ad verum iudicium urinarum ut manifeste declarabitur in commen
to infra ¶ Quabiter ex primis hic ostendit quas conditiones medicus
debet proprie considerare et dicit quod primas quatuor conditiones medicus
primo et principaliter attendere debet scilicet ad qualitatem substantiam quantitatem
et ad contenta quia ex istis quatuor conditionibus cum sint substanti
ales urine sumitur melior sententia in iudicando ¶ Integritas hic osten
dit utilitatem que habetur ex iudicio urinarum dicens quod per iudicium
urine cognoscit medicus sanitatem hominis egritudinem et neutralitatem
fortitudinem virtutis et debilitatem: manitionem et repletionem et habitudinem
mediocrem et hec est utilitas que habetur ex iudicio urine ¶ Come
tum ¶ Quale quid fformam inspectionis vel speculationis declarat
sibi In hoc enim loco declarat et ostendit que sunt in iudicio urine con
sideranda Habenda enim est consideratio coloris substantie quantitatis
et contentorum Et iste sunt naturales vel substantiales et intrinsece con
siderationes que ex ipsa urina perpenduntur Sunt et alie quedam ac
cidentales vel extrinsece que ex proprietatibus substantiarum elicuntur
ut ex etate complexione et aliis que secuntur ¶ Quale Refert
ad qualitatem idest ad colorem ¶ Quid Refertur ad substantiam diversifi
catur igitur substantia in tenuitate et spissitudine et mediocritate Te
nuitas in omnimodam tenuitatem et in mediocrem tenuem spissitudo in om
nimodam spissitudinem et remissam dividitur ¶ Quod in hoc Spectat
ad doctrinam contentorum ¶ Quantum Pertinet ad quantitatem Quanti
tas enim dividitur in multitudinem mediocritatem et paucitatem ¶
Quotiens Pertinet ad numerum effusionis vel inspectionis scilicet utrum
semel vel pluries sit effusa urina Nam ex frequentia vel raritate
te effusionis plurimum instruimur et ex frequentia speculationis ple
nius certificamur ¶ Ubi Refert ad locum collectionis que colligi debet
in vase vitreo claro ad modum vesice facto ut ex vasis qualitate omnes
partes urine se visui fideliter ostendantur ¶ Ubi Etiam refertur
ad locum inspectionis quia debet inspici in loco non nimis radioso nec
obscuro Et si si radius sit ante oppositus opponenda est manus ut fiat
melius discretio contentorum et ne radiositate visibilis spiritus habeat
disgregari ¶ Ubi potest etiam intelligi de positione contentorum
scilicet utrum contenta in summo teneant locum in urina vel medium vel in
infimum ¶ Quando Refert ad tempus effusionis quod est in hora
matutinali celebrata digestione Tunc enim fidelior est et est nuncius
tertius interiorum membrorum vel ¶ Quando Refert ad tempus
inspectionis: statim namque est inspicienda Et si affuerit opportunitas
post eius residentiam vase obturato secundo vel tertio est inspicienda
Multotiens namque mingitur tenuis et postea inspissatur et econverso
Multotiens tenuis et remanet tenuis ut in Theophilo legitur ¶ Etas
Urina alia alia debet esse in puero alia in sene et alia in iuvene iuxta
intensionem vel remissionem caliditatis ¶ Natura scilicet quantum ad com
plexionem: in colericis namque debet esse citrina et tenuis Citrina ex ca
liditate Tenuis ex siccitate In flegmaticis debet esse discolorata et ali
quantulum spissa In melancolico debet esse discolorata et tenuis In san
guineo colorata et mediocriter spissa ¶ Sextus ad differentiam int

marem et feminam ¶ Labor pertinet ad exercicium corporis ex labore namque cum calefiat corpus coloratur urina per laborem intense et eius contrarium scilicet quiete ¶ Ira pertinet etiam ad perturbationem eius aie amic unde mutatur urina ¶ Dieta quantum ad administrationem sex rerum non naturalium ex quibus omnibus variatur urina ¶ Cura quantum ad sollicitudinem et tristiciam ¶ Fames quantum ad indigenciam et potus et cibi et ieiunii ¶ Motus quantum ad quantitatem exercitii quoniam in quodam exercitio plus movetur corpus et in quodam minus ¶ Lavacrum ad diversa balneorum Nam ex balneo sulphureo vel marino urina coloratur sed ex balneo aque dulcis discoloratur ¶ Cibus in qualitate et quantitate immutat urinam Quantitas multitudinis ciborum discolorat et crudificat urinam suffocando calorem naturalem Paucitas ciborum intensam reddit inducendo siccitatem ex quo urina acuitur calor Qualitas autem si calidus frigidus humidus et siccus et etiam si substantia subtilis vel grossa aut mediocris ¶ Unctio quantum ad unguenta: ut si unxerit se oleo laurino urina attenditur ad maturationem vel oleo insquamii unde calor remittitur vel intenditur ¶ Potus similiter in quantitate qualitate substantia et colore immutatur urina: quantitate si multum biberit vel parum: qualitate Si multum fuerit calidus vel frigidus et similia Substantia si fuerit stipticus vel diureticus ex subtili namque potu et diuretico multiplicatur urina et stiptico et spisso mutatur et minuitur Colore ut si fuerit vinum rubeum vel album et huiusmodi enim consortium tingit urinam ut eam reddit sanguineam decoctio reubarbari et croci reddit eam croceam ¶ Debet attendi idest medico consulto et discreto ¶ Quatuor exprimis idest quatuor considerate que diximus substancialia ¶ Integritas hic declarat que utilitas habeatur ex iudicio urinarum ¶ Integritas quantum ad sanitatem ¶ Lapsus quantum ad egritudinem vel neutralitatem ¶ Vinculum quantum ad imperfectionem operacionum ¶ Virtus quantum ad perfectionem ¶ Minus quantum ad minutionem ¶ Quantum plus ad repletionem ¶ Status quantum ad mediocritatem ¶ Ab hoc examine idest iudicio urine

Ostendit quot sint urinarum colores

Bis denos urinam possunt variare colores
Quos ex subscriptis poteris perpendere formis
Nigrior urine facies incommoda febris
Quartane solvit: mortem portendit et urit
Si niger ad fundum residens se deprimat humor
Matrix purgatur multi sentina fluoris
In febre fert mortem nigra fetida pauca pinguis
Vesice vicio prorsus renumque remoto

Expositio Bis denos Postquam auctor docuit nos in generali condiciones que sunt attendende in iudicio urinarum et que sunt hic prosequitur de una condicione scilicet de qualitate ostendens quot sunt colores urinarum dicens quod sunt viginti Sed

¶ qui sunt inferius declarabitur ¶ Nigrior urine hic prosequitur de coloribus urinarum et primo de colore nigro Sententia istorum duorum versuum est hec Urina nigra in colore tria significat Unum scilicet solucionem et liberacionem a febre quartana et maxime si sit multa in quantitate Alterum est quod significat mortificationem in caloris naturalis et tunc est nigra quadam nigredine cum fusca et tunc perfit calor lividus Tertium est quia significat ultimatam adustionem et talis nigredo est sicut cornu lucidum: et tunc perfit color viridis ¶ Si niger ad fundum Hic ponitur alia regula de nigro colore et solum pertinet ad mulieres que talis est Quociens apparebit tibi urina nigra in nigro sedimine significat purgationem menstruorum quia humor niger et melancolicus effunditur in urina et ipsam denigrat Et est notandum quod talis urina per residenciam attenuatur superius et inferius inspissatur ¶ In febre fert mortem etc. Alia ponitur regula de nigro colore Quocienscumque in febre acuta appareat urina nigra in colore: pauca in quantitate: fetida in odore unctuosa in substantia tunc potest procul dubio mortem indicare Renum tamen et lumbore iudicio circumscripto: quia si esset vicium renibus aut in vesica minus esset urina suspecta unde talis urina potest apparere ex passione in renibus aut in vesica ¶ Commentum ¶ Bis denos urinam In hoc textu distinguuntur quot sunt colores urinarum Sunt autem viginti Et est multiplex colorum descriptio

vel distinctio Quedam namque fit colorum distinctio secundum qualitates Alia secundum nam
digestionis et decoctionis Tercia vero proprietates humorum Secundum qualitates fit hec dis
tinctio colorum: quoniam alij sunt intensi: alij mediocres alij remissi Remissi omnes indicantur
a subcitrino inferius Sed intensi omnes a ruffo superius Mediocres sunt citrinus
et subcitrinus. ruffus et subruffus in quadam complexione Secundum namque decoctionis
fit hec distinctio colorum quoniam alij significant mortificationem ut niger viridis et lividus
Alij significant indigestionem ut albus lacteus glaucus et caropos Alij premittunt
digestionis sed non perfecte ut subpallidus subcitrinus pallidus vinius Alij perfecte
digestionem ut citrinus ruffus et subruffus Alij excessum digestionis ut subrubeus
rubeus subrubicundus rubicundus Alij adustionem significant ut inopos et kianos alij
super adustionem et mortem ut viridis et niger Si vero obijciatur quod a nigro colore in
cepimus et in eodem terminabimus Videamus quod aliud est niger color qui fit ex mor
tificatione que fit propter frigiditatem et caloris extinctionem Aliud est quo fit ex su
ma et ultima adustione: et ideo secundum diversitatem causarum distinguenda est
diversitas effectuum Distinctio vero humorum evidens est. Nam quidam colores significant
coleram: quidam sanguinem Alij melancoliam Alij vero flegma Sed ad significandum
humores debet fieri coniugacio colorum et substanciarum Primo et ultimo exequitur
autor de nigro colore ut fiat processus de coloribus significantibus mortificationem
vel frigiditatem intensionem ad colores significantes adustionem per colores significantes
medioritatem et sic ab una extremitate rationabiliter procedit ad aliam extremita
tem ¶ Bis deni Idest viginti qui ergo colores sunt determinandi est inferius ¶
Quos Idest colores ¶ Ex subscripte formis Idest regulis ¶ Nigrior urine et
Quartane solvit In hoc textu agit de nigro colore racione predicta Niger autem
color in urina tria potest significare aut frigiditatem scilicet mortificantem: et tunc debet esse
urina nigra cum quadam caligine tenebrosa propter naturalis caloris extinctionem
et tunc precessit lividus color Aut significat adustionem completam et ultimatam: et tunc debet
esse lucida sicut corvi lucidum nigrum quemadmodum apparet circa facies ethiopum
quibus propter adustionem quedam lividitas in facie attrahitur ex sanguinis adustione
et virtuositate ad faciem attracta Viriditas etiam precedens est signum manifestum
quod succedens nigredo fiat ex adustione sanguinis Significat autem niger color
in urina et maxime in febre quartana si multa fuerit in quantitate: quartane
solutionem: et melancolici humoris purgationem Melancolica namque materia nigra est
et terrestris et sui commixtione denigrat urinam Multam ideo dixi quia ex pur
gamento multo debet multiplicari urina Et ideo si pauca appareat suspecta est
littera plana est ¶ Solvit Idest solui significat ¶ Morte protendit Idest
significat mortificationem ex frigiditate intensa livore precedente ¶ Adurit et Idest
adustionem significat precedente viridi ¶ Si niger ad similem et Alia regula de ni
gro colore datur: et est accommodata mulieribus et non ad alia subiecta extra
gat Urina namque reputatur nigra cum nigris sedimentibus in fundo apparentibus
significat purgacionem menstruorum ex eruptione nigri et melancolici humoris Unde to
ta urine facies quadam denigratione respergitur: sed talis urina per reside
ntiam inspissatur superius et attenuatur inferius ¶ Matrix purgatur Idest pur
gari significatur ¶ Sentina Idest latrina idest receptaculum Sicut enim ad
sentinam namque defluunt omnes superfluitates. ita ad matricem quasi ad quadam
sentinam mulieris corpore derivantur superfluitates ¶ In febre fertur Alia po
nitur regula de nigro colore Urina nigra in colore pauca fetida et ventuosa
nichil mali prehensa habente procul dubio mortem significat circumscripto vicio re
num et lumborum Et ideo dixi quod talis potest apparere ex vicio renum vel lu
borum: et tunc minus erit suspecta Et hanc regulam elicimus a theofilo in
suo tractatu de fetida in fine sui operis Dicit enim ibi Urina in febre acuta nigra
fetida pinguis nichil mali vesica habente significat mortem Et subiungit urina odore
habens gravem significat mortificationem et putrefactionem In febre acuta fert
mortem idest significat mortificationem Nigra ex mortificatione: fetida ex corrupcione
pinguis et oleagina ex pinguedine et substancialis humiditate vel humidi radicalis

De urina nigra que nigram habet nubem

Multa die terciо: quam nigra et pendula nubes
Largius obfuscat sedimenque natatile turbat
Auribus oppressis turbata parte soporis
Sanguineum fluxum signat de nare futurum
Sed si signa netis concurrant sine salutis
Judicio: mortis dampnat vel liberat egrum

¶ Expositio ¶ Multa die. Hic ponit auctor aliam regulam de urina nigra. Et non solum intelligitur uri na illa que per totum est nigra. Sed etiam illa que habet nigram nubem. Ista est ergo regula Cum dominus videbis urinam nigram vel subnigram in colore multam in quantitate cum ypostasi nigra excelsa aut natatili apparente in die tercia supervenienta in febre causone cum vigiliis et aurium surditate tunc scias quod crisis futura est per fluxum sanguinis ex naribus ad salutem vel mortem. Ad salutem in concurrenti bus bonis signis ad mortem concurrentibus signis malis. Roes illorum in come to ponitur et patet ea hic sufficiant ¶ Commentum ¶ Multa die alia ponitur regula de urina nigra vel subnigra. Per urinam nigram vel subnigram non tantum intelligimus illam solam que per totum nigra est sed etiam illam que nigram habet nubem: vel nigrum vel subnigrum eneorima ex quo facies urine denigratur. Est ergo talis regula Urina nigra vel subnigra multa in quantitate apparens et cum in ypostasi nigra et excelsa et natatili formam tenens enormatis in die tercio superveniens in febre causone cum vigiliis et surditate significat crisim futuram per fluxum sanguinis a naribus ad salutem si laudabilia signa con curant. Sed ad mortem si illaudabilia ¶ Multa die. Per hoc quod multa uri na fuit in die tercia significatur quod natura monetur in die crisis deputata ad purgandam materiam: et fuit forte ad purgandam materiam per urinam et ideo fuit multa. Quod autem eneorima fuit pendens in medio per hoc significatur motus et dispositio materie quod vero excelsum est eneorima indicatur levitas eiusdem quod autem nigra significatur nimietas fervoris convertentis materiam in quandam adustionem. Sed adustio non nimis violenta demonstratur: cum eneo rima est natabile excelsum Nam si esset violenta et ultimata adustio: humidi tatem depasceret et nihil resolveret: et totam ventositatem consumeret que con sumpta porus fieret ypostasis subsidens quam excelsa Nota quod urina mul ta turbosa in die 1 adveniens significat solutionem et solutionem breve. Pauta vero signat mortem in die 1 In eo quod adsint vigilie et surditates supervenerint demonstratur quod materia ignita et acuta resoluta in fumum ascendit ad caput et vigiliarum inquietudinem et auditus impedimentum inducit Et ipsa materia cum sit acuta et penetrativa frangit venulas narium et per eas erumpens ad fluxum sanguinis de naribus pronostrandum movendo et meatus reserando laborat Eadem materia sua fum tate et acumine suo desiccans cerebrum insaniam inducit Eadem quoque materia per poros egrediens nervos in transitu suo pungit et mordicat et rigorem facit per veniens etiam ad cutem eam mollificat et sudorem inducit Inde est quod quod dicit Isaac in libro urinarum Urine nigre vel subnigre eneormata habentes excelsa sig nificant crisim fieri cum rigore et sudore Urina multa et nigra cum sudore et vigiliis subveniente ypostasi nigra et natatili sanguineum fluxum signat a naribus Eadem cum laudabilibus signis morbi solutionem portendit Unde theophilus in libro de urinarum dicit urine nigre eneormata habentes excelsa significant crisim fieri ~~cum rigore~~ futuram cum rigore et sudore et insania et quandoque flux um sanguinis de naribus Inde est quod dicit Ypocras in quarta particula amphorismo A causone habito rigore superveniente solutio fit idest rigor superveniens solvit egri tudinem De urina nigra dicit Ypo. in epidimiis impossibile et sanari infirmos in quorum urinis donatur nigredo nisi in quibus urine exeunt secundum crisim Idem in eodem Si auferantur menstrua mulieribus urinis nigris supervenientibus sanantur Item Gal. super epidimias Ypo dicit quod si aliquando infirmus in prin cipio morbi facit urinam nigram cum signis molestis et terribilibus et tamen sanatur si contingat eius virtutem esse constantem: et facilem anhelitum Item quandoque: morbi initio urina nigra venit cum timore accidentium et permanet usque in diem

a turbida / multa die / ... est

Norabille de / nigra urina / Ypocratis

a nigra / ... o morbi

nona Sed postea veniente urina nigra tenui i postasi alba virtute se ex
pediente decoctionem morbi significat et cetera. Salutem hoc vel hoc tertio
est secundum ypocratem in amph. secunda particula ubi dicit Acutorum morborum non
omnino certe pronosticationes sunt neque sanitate neque morte Sed constanter
signa ut dicit Gall' quod significatio non concomitatur laudabilis Si angustia an
helitus et sudor in solo capite: et alienatio mentis et ablacio desiderii. tunc
signa quod manifesta contrarietas nature et corporis et cetera periculitatio declaratur Nota
quod dicit Theophilus in urinis quod urina in se causone si nigram nubem habuerit
et cat lubricari in quarta cum per nigredinem significat adustionem materie per
nubem ventositas declaratur et etiam quod non sit tanta adustio quin aliquantulum
de humiditate remaneat que resoluta in ventositate: secundum elevat in nubem
Materia igitur causonis expulsa a vasis a fontes putrescit in eis et quar
tanam inducit littera plana est huius exposite

Ostendit tunc qua substantia convenit niger color

Congrua mixture tenui spisso federa servans
Subtilis cuiusque refugit nigredo liquoris
Ut tenuem colloret: qui non sibi tot color heret
Impetrat eventus: causasque facit violentus
Non obstrusa patitur deductio clausa viarum

Expositio. Congrua. In hoc capitulo demonstrat auc
tor de nigro colore tunc qua
substantia convenit copulari
naturaliter Sententia istorum
quinque versuum brevis talis est
Niger color naturaliter tenui spissa

substantia commiscetur. sed cum tenui nunquam commiscetur. et ratio est quia ubi est nigredo
ibi est obtenebratio et obscuritas: que contingit ex perturbatione partium ingrossati
one et ideo merito cum grossa substantia sociatur. sed cum tenui non quia tenuitas con
tingit ex partium raritate et nigredo ut dictum est ex perturbatione partium et
illa sunt contraria Et ideo se insimul non patiuntur Et intelligendum est hoc na
turaliter quoniam accidentaliter niger color cum tenui substantia aliquotiens copulatur
Sicut urina nigra spissa in substantia per loca oppilata transiens est stricta tunc
racione oppilationis loci a sua grossitie spoliatur Et sic remanet tenuis Et hoc est quod auc
tor intendit. Commentum. Congrua mixture. In hoc capitulo demonstrat cui
substantie sit conveniens niger color naturaliter Et dicit quod cum tenui substantia nigrum colorem
impossibile est coniungi Et hoc idem testatur ysaac in libro urinarum de nigro co
lore hanc doctrinam habemus. Ubi namque est nigredo ibi tenebrositas et obscu
ritas quod hoc contingit ex perturbatione partium: ideo quod ubi est tenebrositas non
potest esse tenuitas: que contingit ex partium raritate Inde est quod nigredo non potest
copulari naturaliter cum tenui substantia ideo dixi naturaliter quia quandoque re
cipit copulacionem cum tenui substantia ex accidenti sicut propter emfraxim urine ut
quando urina naturaliter nigra transit per locum ubi est emfraxis quia in loco opi
lationis remanet grossities Et urina a spissa substantia spoliatur et quandam te
nuitatem assumit Item urina nigra significat intensionem sanguinis et sue
humiditatis naturalis consumpcionem ex intensione ignei caloris: vel ex inten
sione calidi naturalis vel ex congelacione ex frigiditate nimia vel propter humo
res melancolicos secundum crisim expulsos: quibus omnibus urine substantia
inspissatur Ex intensione sanguinis propter nimiam ebullicionem: ex congelacione propter
nimiam frigiditatem et ex purgacione materie melancolice secundum crisim propter suam
terrestreitatem commixtam cum urina Et ideo non potest coniungi niger color
cum tenui substantia. De livido colore

Livida si fuerit: vel livor particularis
Vel totalis erit: per totum livida membra
Aut membri monstrat humore mortificari
Aut sursum liveens varijs accomoda causis
Paruus emittitur medius morbusque caducus
Ethilites sincopis vene rupta catarrus
Stranguirie lapsus matricis passio fluxus
Tussis pulmonis vicium dolor articularis
Consumptiva ptisis pis extinctiva caloris
Sunt tibi livoris cause quas collige signis

Livida si fuerit. Expositio
Superius auctor determinavit de
nigro colore hic determinavit de li
vido qui est via et inchoatio ad
mortificationem et caloris naturalis
extinctionem Et ideo lividus color
non differt a nigro nisi secundum remis
sionem mortificationis Unde senten
cia illorum duorum versuum brevis
est hec Lividus color aut plumbeus
aut est secundum totam substantiam

vrine: aut secundum partem videlicet in superiori parte vrine ¶ Si secundum
totam substantiam vrine: tunc aut facit residentiam et tunc inferius inspissatur
et superius subtiliatur et clarificatur tunc signum quod talis vrina per totum liui
da talem residentiam faciens significat humorum mortificationem. Aut nullam facit re
sidentiam: et tunc non solum significat mortificationem in humoribus esse in frigida
sed in membris radicata et hoc est quod intendit ¶ Aut sursum liuens. hic
determinat de colore liuido apparente in superiori parte vrine dicens quod quan
documque apparebit tibi vrina in colore liuida in superiori parte vrine significat
egritudines varias et diuersas vt puta parum emitriteum et medium et epilep
siam et alias sicut in comento declarabitur ¶ Commentum ¶ liuida si fuerit
Post nigrum colorem agit auctor de liuido colore quia significat separationem et
mortificationem et multiplicationem mortificationis et non differt a nigro nisi in re
missione malicie. Liuidus autem color in vrina alius est totalis qui totam
occupat vrinam. Alius est particularis qui partem superiorem tantum inficit
Totalis liuiditas aut significat mortificationem humoris et non membri. Aut
significat mortificationem humoris et membri aut membri et non humoris. Si igitur
significat mortificationem humoris et non membri: tunc vrina debet per residen
tiam inspissari et liuiditatem retinere: superius autem clarificari et ab infectione
humoris recedere. Si humoris et membri nulla residentia vrine vel humore
potest aboleri pro quod significatur mortificationis virtutem non tantum in humoribus esse
frigidum. Sed in membris esse radicatum: hiis cognitis littera plana est. Aut
sursum liuens ¶ Premisit auctor de totali liuiditate Nunc de particulari
subiungit ¶ Varijs accomoda idest deputata ad varias et diuersas passiones
¶ Paruus emitriteus Notandum est quod est particularis liuiditas ex multis
causis potest prouenire: quia quandoque ex mortificatione propter caloris natura
lis extinctionem: sicut in emitriteis vel ex humorum perturbatione sicut est
in fluxu ventris: et tunc vrina debet esse pauca: cum quibusdam humoribus
et oblongis resolutionibus: cum quadam essentie impuritate: quod habet
fieri quia terrestria et aquosa commiscentur sibi vnde liuidus color succedit
Quandoque vero fit liuidus color ex spiritualium passione sicut in pleuresi per
ipleumonia empimate et ptisi. Patientibus namque membris spiritualibus me
bra nutritiua scilicet stomachus et epar compatiuntur eis. Transmittunt ergo spiritum
et naturalem calorem ad iuuamentum eorum Vnde spiritu et naturali calore de
pauperata frigescunt. vnde ex debilitate caloris et impuritate secunde
digestionis: cum transit eius superfluitas scilicet vrina quadam contrahit liuidita
tem vel aliter in pleuresi vel peripleumonia multa est collectio materiei su
perflue spiritualia opprimentis. quandoque etiam naturalis calor infamosam liui
ditatem transducere contendit et aliquid pulverulentum et contagiosum de
mala materia per venam deriuatur ad epar: et sanguinem inficit et spiritus cor
rumpit. Vnde vrina cum infectione spirituum et sanguinis superius liuescit Et
si queratur quare liuescit potius superius quam inferius Respondendum est
sic scilicet quod fumositates et vapores cum vrina emissi cum sint corpora aeria leuia
superius habent motum: et vbi magis habitant ibi ostendunt suam infectionem
fit quandoque liuiditas in epilempsia cum quadam plumbeitate in circulo que
significat infectionem spiritualium ex passione animatorum membrorum in sincho etiam
liuescit vrina propter sanguinis corruptionem: sanguine enim corrupto multum
inficiuntur spiritus. Liuescit etiam in asclite propter digestionis secunde corruptelam
et humorum impuritatem in ruptura alicuius vene et in omni effusione sanguinis
liuet vrina propter humorum perturbationem: in stranguiria et catarro et in orthe
tica non est vrina ex parte liuiditate quod contingit et spirituum infectione per
tota pulmonia transmittunt et ex humoribus quos contingit perturbari et cor
rumpi vrine sortiuntur maculam liuiditatis idest recipiunt Et in passione ma
tricis liuet propter eandem causam: proprie cum matrix sit latrina et sentina om
nium superfluitatum et hoc est quod dicit ¶ Paruus emitriteus ¶ Tres sunt species
emitritei de quibus alias sufficienter dicetur ¶ Moribus caducus qui alio nomine
appellatur epilepsia ¶ Asclites idest tertia species ydropisis et dicitur

ab aschi quod est vter quia in ea venter repercussus resonat in modum vtris re
plenj ¶ Sinochus febris est continua de putrefacto sanguine intra venas ¶
vene ruptura sicut alicuius vel alterius vene ¶ Catarrus fluxus humorum a capi
te descendencium ¶ Stranguria cum fit opilacio vesice vel ex humore collecto vel
ex apate ¶ Matricis passio ut si patiatur matrix ex inflamacione vel ex aliqua pre
cipitacione vel distensione secundum superiorem partem vel ex declinacione super latus dex
trum vel sinistrum vel vertebrum ¶ fluxus scilicet ventris ¶ Coste quantum ad pleu
resim ¶ pulmonis ex vicio pulmonis liuet vrina tribus de causis scilicet ex sollici
dio reumatis vnde ineliis vel reumatibus et granulosus et dolorem circa spi
ritualia patitur ex replecione et tunc sentitur grauitas et pondus circa spiritualia
et dolor parte sinistre patitur eciam ex compressione a stomacho vel a splene vel
matrice vel epate vnde aliquid extorquetur a spiritualibus ex sui compressione
quod lapsum est ad gibbum epatis et inde per capillares venas ad vesicam et
vrinam inficit Et distinguitur talis liuiditas per tumorem membrorum compressorum
tumore facientium Ex vicio epatis liuet vrina tribus de causis ex replecione
ex opilacione et ex debilitate virtutis Quando vero liuet ex replecione tunc dis
tinguitur quod vrina spissa est et pondus sentitur in dextro ypocondrio et dolor Ex
opilacione liuet vrina et tunc debet esse intensa tamen mediocriter spissa vnde vri
na inopes tria significat vel opilacionem epatis vel maiorem vel minorem emittri
cium In ruptura vene debet esse hec causa scilicet distinctio circa epar Ex debilitate
liuet vrina quando infrigidatur epar et impuri humores et fumi generantur
vnde colorature vrina sicut in ydropico Ex vicio intestinorum liuet quatuor modis
vel ex fluxu ventris vel ex emoroidibus vel lumbricis vel ex illiaca passione
vel colica Quando est ex fluxu ventris tunc fit tribus modis scilicet ex nimia et co
tinua humorum distinccione incolon ex quibus aliquid corrumpitur ex calore naturali
Et ipso quidam corrupto incolon resudat et insidet in collum vesice et inficit vrina
vnde liuet quod distinguitur quia tunc vrina turbulenta est et intensa Ex sang
wine si magnus est fluxus Ex emoroidibus manifestum est Ex lumbricis qui
contenti sunt in intestinis et in volunti inflegmate quod est eorum materia tunc fleg
matis corrupcio in vesica redundat et inficit vrinam quod distinguitur ex remissa
vrina et spissa et albis et longis resolucionibus ex frigiditate condensante illas
vel ex colore lumbricorum Ex illiaca vel collica passione liuet vrina quod distinguitur
ex torsione illarum partium Ex vicio matricis liuet vrina tribus de causis vel ex
humoribus vel ex fluxu menstruorum vel ex retencione ipsorum Si ex humo
ribus tunc distinguitur quia vrina est spissa et remissa et corpuscula sunt liuen
cia in modum lotrice ...di per vrinam diffuse Grauedo circa partes illas senti
tur Ex fluxu menstruorum liuet vrina vt in emoroidibus ex retencione circa menstru
orum ex quorum impuritate inficitur vrina Ex vicio vesice liuet vrina triplicat
opilacione excoriacione et ruptura Si ex ruptura manifeste distinguitur quoniam
cum vrina spissa et pondus circa pectine sentitur Si ex opilacione vel calefaccione
vel ex humore vel a cancro vel fico Si ex coriacione furfurea minguntur et quando
que mingitur sanguis Ex vicio sint thomathum liuet ut in artetica propter sollicitudinem
Et in emittentis ex duplicitate materiei Ex perturbacione humorum ut in cotinuis
Ex apate spiritualium ut in pleuresi et emfimate liuescit ex adustione naturali aereis
partibus et subtilibus euolantibus remanent terrestres et grosse vnde liuet ex
frigiditate ¶ Dolor articularis idest passio ¶ Consumptiua ptisis idest
que fit ex vlcere pulmonis ¶ Vis extinctiua caloris idest mortificacio vt in me
dio emittentes et maiori ¶ Liuoris cause quas scilicet causas ¶ Collige idest sume
de o in medicine signis scilicet specificantibus per collectionem aliarum circumstanciarum

Specificacio per alias condiciones de liuido colore

Paucula vis micta liuens oleagina mortem
Stranguriam mostrat liuida pauca frequens
Liuida cum grauis sentitur atque minutis
Constanter loquitur spirituale malum
Liuiditas athomosa malum probat articulare
Est quoque reumatici nimia fida mali

¶ Exposicio ¶ paucula. Su
perius dixit auctor quod liuidus
color apparens in superiori
parte vrine hic significare
supra varias et diuersas
causas hic specificat per alias
condiciones admixtas et

De signis mortis

Vertebra si matrix compresserit aut diafragma
Infert urine liuidus ora color

secundum hoc potuit regulas quarum prima talis est. Quotienscumque videbis urinam liuidam in colore cum difficultate mictam paucam in quantitate: et oleaginosam et unctuosam potes tunc mortem procul dubio iudicare. Et nota quod liuiditas prouenit ut dictum est ratione mortificationis cum difficultate autem micta prouenit ratione desiccationis meatuum et viarum. Pauca ratione consumptionis membrorum unctuosa ratione liquefactionis pinguedinis. Talis ergo urina significat mortem ❡ Stranguria. Alia regula talis urina liuida pauca et frequenter micta significat stranguriam: rationes declarantur in commento ❡ Liuida cum granis. Alia regula urina liuida apparens cum granis minutis et separatis frequenter significat in membris spiritualibus passionem ❡ Liuiditas. Alia regula urina liuida cum resolutionibus athomosis sit ❡ Et quoque dicit quod hec eadem urina significat in articulis passionem ❡ Dicit quod hec eadem urina cum resolutionibus athomosis significat fidelis fluxum humorum ex reumate ❡ Vertebra. Alia regula urina liuida in superficie urine significat compressionem matricis super alterum vertebrorum: aut compressionem diafragmatis et hoc est quod dicit de liuido colore ❡ Commentum. Paucula hic ponitur specificationes predictarum causarum quomodo declinari habent ex aliis circumstantiis. Liuor namque particularis et vniuersalis non determinat passionem nisi collectione facta aliarum actionum vel occasionum sed ex aliis admittitur est magis verdictus ❡ Paucula ex membrorum consumptione quod est signum vehementie caloris membra consumentis et humorum materiam depascentis. Unde consumpta humiditate: et succositate pauca remanente et redundante ad epar urina non potest multiplicari ❡ Vix micta ex meatuum desiccatione et urina indigentia ❡ Liuens ex mortificatione vrinate vel mediante ❡ Oleagina idest unctuosa ex pinguedinis eliquatione: talis enim quam urina mortem significat. Hec supradicta urina si liuida in paucitate et frequentia significat stranguriam. Stranguria est guttatim urine effusio ex opilatione colli vesice vel eiusdem acuitate. Liuida est in stranguria quia spiritus transeunt per locum opilationis et inde trahunt infectionem liuoris ex corruptis humoribus. Pauca est propter emfraxim idest opilationem grossorum humorum et viscosorum. Unde non potest vesica sufficienter se exonerare ex una vice ex vtraque defectum autem quantitatis supplet frequentia effusionis: et ideo pauca est et frequenter micta ❡ Cum granis idest in urinali manentibus: et in urina residente permanentibus: Nam si statim euanescerent tunc potius ex alia causa fierent quam ex causa reumatica ❡ Minutis idest paruis in quantitate ❡ Spirituale malum idest passionem spiritualium membrorum et toracis ❡ Athomosa idest ex athomosis resolutionibus plena albis rotundis: et minutis. Sed quare sunt albe rotunde et minute in capitulo de albis et minutis expedietur et exponetur ❡ Articulare malum idest articulorum passionem ❡ Vertebra idest passiones matricis quando magis solito declinat in alterum vertebrorum unde fit compressio ex compressione vertebri et sic a matrice fit dolor et ex dolore prouocatio reumatis superflue materiei ex quibus liuescit urina unde si matrix ex sui dissolutione sursum diafragma compresserit urina liuescit etiam

Sequitur de colore albo cum tenui substantia

Albo subtilis urina migrata colori
Splenem: idropem: crapulam: nefresim: frenesim: diabetem
Arthriticam: colericamque migram: pedicon: stotomiam
Epatis algorem: cum febris caumate mortem
In fine vim fragilem vel defectum puerilem
In lesis humeros: aut colli hipotomiam
Quartanam febrem declarat amphimerinam
Matricis varias notat in muliere querelas
Hec emoroidas: et condilomata signat
Ut se indicii fallax non inserat error
Talis cruda potest atque indigesta vocari
Clarior alba nisi non precedente: profanam
Continuo frenesim: frenesis mortale propinquat

❡ Expositio ❡ Albo subtilis. Superius declinauit auctor de coloribus urine mortificatione et caloris adustionem significantibus: nunc consequenter ingreditur de coloribus significantibus indigestionem. Et primo de albo colore cum tenui substantia copulato ostendens de ipso colore albo quid habeat significare ponendo regulas

et specificationes ex alijs conditionibus secundum quod valde bene scribitur in commen
to ¶ Commentum ¶ Albo subtilis ¶ Exequuto tractatu de coloribus sig
nificantibus mortificationem Nunc exequitur de coloribus significantibus indiges
tionem: et primo de albo secundum convenientiam albi coloris et tenui substantia ex quibus
causis color albus fiat et quomodo variatur secundum diversitates subiectorum et quae
sit causa tenuitatis ad presens praetermittimus ne diversum introducentes lectoris te
diosi sive litigiosi prudentias offendamus In hoc autem capitulo distinguuntur
signa albe et tenuis urine: quarum significationes et specificationes ex circum
stantijs debemus prendere ¶ Urina subtilis idest tenuis in substantia ¶ Iugata i
copulata significat ¶ Splenis i splenetricam passionem Splen enim nomen est me
bri et passionis In splenetica passione urina alba est et subtilis i tenuis cum quae
dam radiositate multitudo eminens ex his tenuibus mictatur Et tenuis cum quada
radiositate multitudo ex his tenuibus mictatur Et apud Theophilum urina alba et
tenuis et multo emphimetima deficiente significat ¶ Querelas matricis
Post passiones ex quibus mulieres conqueruntur: eas maxime que fiunt ex
retentione menstruorum specialiter si appareat cum squamis et nigris resolutioni
bus quod significat retentionem multi humoris scilicet sanguinis qui niger est et terrestre
¶ Emoroides et condilomata idest morbum existentem in ano vel apostemata
in ano vel circa ani partem Emoroides sunt nomen passionis et membri
Quedam enim vene emoroide dicuntur que a chili vena exorte ad pudendum
circulum terminantur que vene quandoque tumescunt et distenduntur ex multo sang
uine in eis aggregato: et quandoque rumpuntur ita quod ab eis fluit sanguis per
incontinentiam: et talis fluxus dicitur fluxus emoroidarum Alba et tenuis urina
si athomose et pulverose resolutiones in fundo appareat. significat emoroidas et si
multum attrahat et condilomata ¶ Ut se indigestionem Hic assignatur generalis signifi
catio albe et tenuis urine Si enim fallaciam indigestionem notare non velis per talem
urinam significare debes indigestionem et debilitatem naturalis caloris et et
accidentia que ex indigestione emergi consueverunt sicut ventositatis intercu
torem et ypocondriorum tensionem ventris et laterum inflationem gravitatem cru
rum et coxarum et pigritiam tocius corporis tam ad sensum quam ad motum volun
tarium gravedinem et malam dispositionem capitis et precipue sinistre partis
Intercluso ventositatis fit quia cum calor debilis sit: resolvit humores et reso
lutos non consumit Unde ventositas intercluso turbulenta generatur que pul
sans ypocondria et in ipsis attracta ratione vacuitate ipsa descendit et exin
de fit inflatio ventris et laterum et coxarum gravitas idest quia spiritus
ex quarum motu levitas membrorum efficitur ex fumosa nebulositate a crude
humoribus resoluta torbidi et obtusiores effecti in suis motibus impediuntur vel
superfluitates que ex defectu naturalis caloris in intestinis generantur vel mo
tu sue gravitatis inferius defluentes musculos coxarum et tibiarum aggravant
et in eis quasi sarcina quedam sentitur fumositatibus etiam ad sensum instrumenta
respirantibus: caloris naturalis actio negotiatur circa loca: in quo commune materia
passionis unde locus secundum digestionis crudificatur: et urina dealbatur Est autem
tenuis quia lumbis et renibus compressis et coartatis urina subtilior eliquatur
a calore: et a substantia spoliatur: et ideo tenuis et alba cernitur. ¶ Frenesim
sic specificatur si in febre acuta precedente urina rubea vel subrubicunda non p
cedente aliquo signo digestionis vel decoctionis materiei: non facta aliqua de
terminatione critica vel per sudorem vel per fluxum sanguinis de naribus
vel per ventris solutionem: vel per quamcunque aliam criticam determinationem si postea
appareat alba et tenuis scilicet rapta materia ad superiora: que actione calore
levigata ad pannicula cerebri primum exalat: vel ascendit Fit igitur alba
quia nutritiva membra et spiritualia animalia membris tanquam nobilioribus
compatientia: ad iuvamentum eorum spiritum et naturalem calorem delegant: unde
spiritu et calore depauperata frigescunt Et ideo calore absente urina disco
lorata in eis apparet quia materia que per sui presentiam colorabat urinam colo
rata rapta superius per sui absentiam contrariam facit dispositionem Et notandum

quod si ex fluxu sanguinis superveniente per nares aut multo sudore in capite
facto freneticus quieverit Et urina tenuis et alba permanserit significat mortem
unde Theophi. in capitulo de alba et tenui urina postea subiungit si vero uri
na talis fuerit et febris permanserit: eger ita dispositus moritur ¶ Diabetem
scilicet significat alba et tenuis urina spensive Si multa sit in quantitate et frequent
mota: et tamen carneis resolutionibus Alba est quia aquositas secunde digestionis
continue incessanter ab epate per venas capillares et a renibus sugitur propter distem
perantiam caloris et siccitatis: ut vigeat in eis virtute attractiva et desiderat refri
gerari ex attracta humiditate Urina ergo non potest tantum morari in epate per co
ctionem transitus quousque plenarium recipiat calorem Sed cruda et indigesta de
rivatur ad renes In renibus autem non habet colorari urina proprie tamen ibi moram
non faciat vel parvam in eis moram faciat Sed per poros emittitur qui ex calo
re rarefacti sunt et relaxati statim refundat in vesicam et ideo sepe et in mul
ta quantitate mingitur Est autem diabetes immoderata urine effusio ex dis
temperantia renum in caliditate vel frigiditate Fit autem ex immoderato co
itu vel cursu vel labore vel saltu Hec urina repleta est carneis resolutioni
bus albis et oblongis quia substantia renum ex vehementia caloris dissolvitur ¶
Arteticam scilicet significat alba et tenuis urina spensive cum othomosis resolu
tionibus albis rotundis et minutis causas singulorum in capitulo de contentis assig
nabimus Sed quare sit urina discolorata in artetica queri potest Et respon
demus quod materia urine non est contenta in epate sed circa extrema ubi est cau
sa passionis Si queratur iterum quod resolutiones ille admisceantur urine cum
materia sit contenta in pede Respondetur quod hec est causa quia virtus expulsiva
unius membri est attractiva aliorum per continuos meatus scilicet expellendo ad
mittat alia membra in attrahendo Et sic ex virtute illius membri expulsiva et
ex virtute attractiva aliorum membrorum per continuos meatus resolutiones ille
revertuntur ad vias urinales et urine admiscentur Fit etiam artetica ex
distillatione reumatice materie a cerebro ad partes inferiores et maxime ad
istas que mobiliores sunt et nodosiores: in quibus ratione mobilitatis et nodosi
tatis fortior est virtus attractiva ¶ Coleram nigram id est melancoliam tenuis
et urina alba significat excessum melancolie aliis conditionibus circumscriptis Alba est
ex frigiditate melancolie quoniam frigiditatis est dealbare Tenuis est ex siccitate
quoniam siccitatis est attenuare Nota quod melancolia dupliciter disponit urinam scilicet secun
dum qualitatem et secundum hoc reddit eam albam et tenuem glaucam vel albam ex
frigiditate tenuem ex siccitate. Secundum substantiam disponit etiam urinam et tunc reddit
eam nigram et spissam ex sui commixtione sicut fit in resolutione quartane ¶ Caducum
id est epilepsiam significat alba et tenuis spensive cum quadam plumbeitate et
obscuritate substantie que habet fieri propter compassionem animatorum membrorum dis
colorata est in epilepsia quia natura compatiente membris animatis et non intenta circa
epatis digestio cruditatur: et urina dealbatur ¶ Scotomiam id est tenebrositatem
Scotomiam tem oculorum vertiginem significat alba et tenuis urina vel glauca et maxime si
multum sit limpida et clara cum quadam viriditate et lividitate ¶ Scotomia
namque pocius fit ex humore melancolico ex quo resoluto grossa fumositas
et nigra ascendens cerebrum inficit et spiritum visibilem obscurat Est autem alba
propter multam frigiditatem: clara est et limpida propter nimiam siccitatem ¶ Epatis algo
rem id est distemperantiam epatis in frigiditate unde impedit digestionem propter fri
giditatem epatis aquosi et crudi generantur humores unde urina albificatur
¶ Cum febris causonica id est in febre acuta causonica et sinochastica significat
mortem mortem alba et tenuis urina Sed distinguendum si talis appareat aut
in principio aut in augmento aut in statu aut in declinatione Si ergo in principio
talis appareat significat cruditatem materie et debilitatem caloris naturalis et
prolixitatem morbi unde ex tanta morbi prolixitate natura afflicta et debilitata in
fine morbi succumberet. et inde timendum est de interni defectu et hoc proprie si ad
sunt alia mala signa Sed forti existente natura et aliis bonis signis concurren
tibus non significat mortem sed salutem et terminationem futuram per apostema
factum sub diafragmate Si talis urina appareat in augmento vel in statu per

cedente rubicunda duo potest significare Aut significat frenesim Aut extinctione caloris
naturalis propter consumpcionem naturalis humiditatis: que deficiente sibi nutrimento an-
nihilatur Unde urina discolorabitur et utrumque signum est mortale Si in declinacione tale
appareat urina precedente citrina determinacione signum est salutis et cetera similia
¶ In sene vim fragilem et idest defectum virtutis ex senectute et imbecillitate calore
naturalis significat urina tenuis et alba ¶ Vel defectum puerilem idest defectum
nutrimenti in membris ¶ Ypotomia idest sincopim significat alba et tenuis urina et
fuerit ex grossa fumositate resoluta a crudo humore et melancolico qui respiracionis
meatus ad spiritualis meatus comprimit et suffocat spiritum vitalem in corde qui oppressi
caloris beneficio non potest impendere et conferre partibus extremis: ex quo non ascendente
ad cerebrum cum non temperetur spiritus animalis cessat sensus in cor-
pore: et motus voluntarius et corpus animalis quasi mortuum iacet hoc autem pre-
cipue significat alba et tenuis urina ¶ In lesis humeros aut collum idest incipientibus
habere dolorem circa collum et humeros non ab extrinseca causa: sed ab interiori quando
hoc subito surgens tali existente urina significat dispersione et resolucione grosse fu-
mositatis: unde cerebrum potest esse signum sincopis venture ¶ Quartana febre idest
de naturali melancolia significat alba et tenuis urina Sed sequenti die post accessione
debet esse pallida vel subpallida et in tercia die vel quarta debet esse alba vel glauca
quod in sequenti die magis appareat colorata: contingit quia materia melancolica tunc putrida
sit et compacta suam ignicionem dum servat vel inflammatam unde in sequenti die
magis apparet et coloracionis effectus In quartana vero nota ruffa vel subruffa
et quandoque subrubra occurrit ¶ Amphimerina idest solucione febris cottidia-
ne de flegmate vitreo significat alba et tenuis urina spissitudine precedente pauca: et in fun-
do globosa Si postea efficiebatur in multa quantitate et postea tenuis in subs̄tantia am-
phimerine solucionem flegma vitreum dum ad huc crudum esset et compactum resis-
tebat nature expellere volenti: et quia nulla fiebat eius resolucio pauca erat urina
Sed flegmate digesto et calore confortato fit eius resolucio et per particulas minutas unde
urina multiplicatur et attenuatur Et nota quod omnis materia in sui digestione in-
spissat urina preter flegma vitreum Huius regule concordancia habetur apud
Ypo. dicente in quarta particula amphorismorum Quibuscumque urine albe et globose non sincere
sunt et quadam irregularem porrectione sicut quedam radii esse in urina Urina tale pla-
teatus dicebat irregulatam et scitatus superius fenestrata Alba est urina ex vi-
cio splenis quia ex melancolica superfluitate calore naturali debilitato crudificatur di-
gestio et contrarie qualitatis fit intensio idest frigide unde urina dealbatur Albedo
enim filia est frigiditatis ut dicit Gall. in tegni tenuis est radiosa ex nimia sanita-
te mulieris: ex qua subtilitate spiritibus: superius subtilior et tenuior fit urina fit
etiam tenuis et radiosa quia melancolica superfluitas splenis domicilium descendens
cum super exuberet comprimit et coarctat meatus urinales quibus coarctatis
urina subtilior extollatur ¶ Prodpe idest leucoflegmancia idest yposarca vel
anasarcam In principio passionis Sed longo tempore talis apparens splenetica
passionem declarat Splenetica si sit cum quadam liuiditate in parte superiori: quod li-
uiditas et obscuritas contingit propter impuritatem humorum naturalis cum calor debilis in tu-
mo potest defedare et sinceritare sanguinem Ideo dixi in principio quia inveterata cum malicie
et materia in processu temporis multiplicata: alba et spissa occurrit ¶ Crapulam
Crapulam scripsit aliis circumstanciis multiplicata namque ciborum congeries suffocatur naturalis calor
unde non potest convalescere circa officium digestionis et videtur in lampade ex nimia
olei infusione lumen opprimitur et extinguitur Ex multa congerie lignorum ignis de-
bilis extinguitur Ex crapula eciam multa debet fieri urina in quantitate multa nec
ex multe cibis multa debet fieri redundacio fumositate ad cor que naturalem calorem
reprimit et talis secundum Theophilum significat largum cibum et potum precessisse et maxime
si nimium fuerit subtilis et lenis quia cito penetrat ¶ Nefresim idest passione
renum ex calculo ibi confirmato Et hoc precedente urina spissa et alba cum quibusdam
sedimentibus arenosis Et si post talem urinam apparentem appareant tenuis et
alba urina non facta purgacione interi humoris vel vitrei flate cum directus po-
nembus significat nefresim ex calculo in renibus confirmato et talis pessima est: quia
peior est calculus confirmatus quam confirmandus Et hoc concordat Ypocra-
tes afforismo dicenti urine limpide et albe omnes male sunt maxime si in freneticis

apparent. Alba est urina in frenesi quia totaliter aggravate organis et spiritibus sensus et motus voluntarius impediuntur. Et ipse fumositates ad cerebrum respirantes cum sint grosse et impetuose sit distensio in tunicarum. Et ex distensione fit solucio continuitatis ex qua sequitur dolor capitis et maxime in sinistra parte cum ibi sit sedes mulieris racione conformitatis. Et nota quod tales urine apparent in menstruatis et in emoroides habentibus. Sed tunc apparent parve et mixte cum resolutiones in fundo cum discoloratione et macilencia totius corporis

De glauco colore

Spissi suscipiens consorcia nulla liquoris
Est in inditio glaucus color emulus albo
Ad minus offendit nativi iura caloris
Si fuerit tenuis mediocriter: aut mediocris
Glauca vel alba: notat excessum flegmatis acre
Glauca melancolice crassos vel consticia (?) testes

¶ Exposicio ¶ Spissi. Postquam determinatum est de colore albo in illa parte determinat de colore glauco. Glaucus enim color est sicut cornu album lucidum. Dicit quod urina in colore glauca que nunquam patitur cum spissa substancia sociari habet simile medium cum alba urina

et tenui quia quicquid significat urina alba et tenuis cotinui (?) significat urina glauca sed cum remissione et minori malicia. Et est urina glauca non tantam debilitate calore naturalis ostendit vel significat ¶ Si fuerit tenuis. Ponit talem regulam. Quocienscumque videbis urinam albam vel glaucam in colore cum substancia mediocriter tenui significat dominium flegmatis acetosi ¶ Glauca. Dicit quod urina glauca significat hominem mulieris complexionis et sanum ¶ Commentum ¶ Spissi. Post album colorem agit auctor de glauco qui convenientes habet significaciones cum albo colore. Non enim differunt nisi secundum intensionem et remissionem malicie. Nam quicquid significat albus color cum tenui substancia eadem significat glaucus color sed cum quadam remissione ¶ Spissi liquoris id est spisse substancie ¶ Nulla consorcia id est nulla coniunctione. Glaucus namque color cum sit tanquam cornu lucidum album est incompatibilis spissitudini. Spissitudo enim ei associata lucíditatem aufert sive quia non potest esse glaucus color ¶ Emulus albo id est consimilis ¶ Ad minus offendit id est minus significat impediri ¶ Iura id est virtutem dominii ¶ Nativi coloris id est naturalis ¶ Si fuerit tenuis. Adhuc prosequitur auctor iste de glauca urina omnino vel mediocriter tenuis significat sanum minimum (?). Sed si recedat a tenuitate mediocriter significat excessum flegmatis acetosi etc.

De colore lacteo

Lactea subtenuis in acute tanmate (?) febris
Litis in ingressu signis admixta sinistris
Dampnat et accusat pacientem cumne (?) morte
Fallitur urine sententia: si tibi certo
Ordine concurrant: que sunt vitalia signa
Mens sopor affectus bona respiracio virtus
Lactea subtenuis cum largo fusa liquore
Fine mali veniens decrescente calore
Solvit et a morbi laqueis emancipat egrum
In febre quam conplicat (?) typicusque interpellat ero
Lactea subtenuis dictat quod causa sit eius
Frigida: prenuncia longi factura laboris
Lactea subtenuis febre declinante salutem
Impetrat et corpus revelat vitamque reformat

¶ Exposicio ¶ Lactea subtenuis. Superius determinatum est de colore glauco non mediocriter tenui substancie copulato. Hic determinat auctor de lacteo cum tenui substancia. Ponit ergo talem regulam. Primo urina lactea in colore mediocriter tenuis in substancia in principio egritudinis acute signis malis concurrentibus sine dubio pacientem indicat moriturum. Si vero signa bona et vitalia concurrunt sicut bonus anhelitus fortitudo virtutis: bonus sompnus et bona memoria et similia. Tunc non licet ista regula veritatem. Immo significat egri liberacionem. Est tamen sciendum quod talis urina contraria est de se non significat bonum. Sed racione aliorum signorum bonorum sibi concurrencium ¶ Lactea subtenuis cum largo. Hic ponit aliam regulam de colore lacteo cum substancia tenui mediocriter. Regula est ista. Urina lactea in colore subtenuis in substancia multa in quantitate in declinacione egritudinis apparens significat solucionem egritudinis ¶ In febre. Alia regula scilicet 3a. Urina in colore lacteo: subtenuis in substancia in febre interpollata significat causam egritudinis frigidam et prosequens longitudinem egritudinis ¶ Lactea subtenuis febre. Quarta regula

Vrina lactea in colore: subtenuis in substantia: in declinacione egritudinis significat libera
cionem ab egritudine et salutem ¶ Commentum ¶ Lactea tenuis Post capitulum
de glauco colore cum tenui substantia Subiungit auctor aliud capitulum de lacteo colore cum
coniugacione tenuis substantie Sed fortasse obiceret quis de viis et sententiis et eorum
repugnancia In isto libro dicitur et quasi pro regula ponitur quod lactea vel karo
pos numquam tenuis reperitur Sed hic lacteus color cum tenui substantia coniungitur vnde vi
dissonancia Respondemus quod numquam lactea est tenuis et omnimoda tenuitate et omnimoda
tenuitate intelligendum est Ad hoc namque ut sit lacteus color exigitur quod sit ibi aliqua
tula parcium grossicies et commixtio Et ideo lacteus color omnimode subtilitati dene
gat copulari Et hoc idem intelligitur de karopos Et propter hoc dictum est de lactea et
karopos similimodo numquam reperitur tenuis in ultima subtilitate Cum vero hic dicitur de con
iugacione lactei coloris cum tenui substantia intelligendum est non de omni tenuitate sed
mediocri tenuitate accedente ad speciem spissitudinis vnde auctor volens euitare
periculum obieccionis non dixit simpliciter tenuis sed lactea subtenuis subnaque denotat
remissionem a tenuitate Est autem a Theophilo inueniatur lacteus color coniunctus cum
tenui substantia tunc tenuem substantiam intellige pro subtenui De tali autem colore cum subtenui substantia
talis doctrina proponitur apud hunc auctorem Vnde vrina lactea cum subtenui substantia aut apparet et
in principio egritudinis aut in fine Si in principio vel in fine aut apparet et in principio
vel in fine febris acute vel interpollate vel alterius egritudinis consequente de singulis
Si in principio febris acute appareat lactea et subtenuis malis signis concurrentibus
sicut est alienacio dyspnoia: insompnietas defectus appetitus difficilis respiratio virtus de
bilis mortem significat Per hoc enim quod est lactea significatur ruditas materiei et indiges
cio et locus sedis digestionis esse refrigeratus ex transmissione spirituum: et caloris ad
cerebrum et est signum frenesis future vnde timendum est de cerebri consumpcione Ce
rebrum enim est membrum delicatum molle et tenerum et cum debilem habeat calorem na
turalem non multo calore indiget Et ideo feruore caloris superuenienti consumitur Cor
vero est calidissimum membrum naturaliter vnde multo calore est assuetum et quasi more
fabri in continuo calore versatur Inde est quod impetum feruoris caloris aduenientis me
lius potest tollerare Quod autem est tenuis ex compaccione humorum est et ruditate Et quia
materia iam rapta est ad cerebrum epate refrigerato iam nulla fit resolucio nec per
turbacio. vnde vrina non inspissatur et ideo malis signis concurrentibus si talis vrina
appareat mortifera est Sed si bona occurrerint signa supradictis contraria: licet tale
appareat significat liberacionem egritudinis, sed non est quantum est in se quia per suspecta est et
infirmis Sed quia bona accidencia et concomitancia licet suspecta sequitur prolixitatem egritu
dinis Sed si in fine febris acute talis appareat et sit multam quantitatem febrem
declinantem indicat quod enim lactea est significat quod innaturalis calor iam recedit quod vero
tenuis hoc fit ex attenuacione et subtilitate parcium materiei per hoc autem quod est multa
significatur plena plena et sufficiens purgacio Si vero in principio febris interpolla
te talis vrina appareat tunc ruditatem et flegmaticum humorem demonstrat vnde
disponitur vrina secundum frigiditatem et humorem humiditatem: et secundum caliditatem et sic
citatem et secundum frigiditatem et siccitatem et secundum caliditatem et humiditatem hu
morum. quod autem est tenuis hoc fit ex compaccione et complexione materiei et difficulta
te resolucionis Talis ergo vrina ex omni causa egritudinem significat et longam afflic
cionem ostendit etc In fine ergo interpollate febris si talis appareat et multa ex
lacteo colore significat calorem defervescentem Sed et ex tenuitate significat materiei subti
litatem ex multitudine significat sufficientem purgacionem: et ita egri liberacionem signi
ficat Sed si talis appareat sine febre disposicionem corporis ad ydropisim portendit
hec diligenter considerate que dicta sunt manifesta est littera et sensus littere

De colore albo lacteo et karopos

Albescens karopos vel lactea spissa significant
Ydropisim: colicam: lapidem: capitisque dolorem
Flegmatis excessum: membrorum remmata: fluxum
Talis apostaseos causam complexio soluit

¶ Exposicio ¶ Albescens
karopos hic determinat eciam
de colore albo lacteo et ka
ropos cum spissa substantia vnde
talis est regula Alba namque
vrina in colore vel lactea
vel karopos: spissam substantiam

significat ydropisim et alias significationes que scribuntur in littera et tu sperseita
sicut scribitur in comento valde bene ¶ Albescens karopos hic agit auctor

de albo colore et lactea vel karopos cum spissa substantia alba namque urine remissior est quam
lactea: vel karopos et est hic color karopos similis camellorum velleribus idest flauus
et hii colores omnes in spissa substantia significant idroposim idest leucoflammatiam eo modo
quo tempore precedente cum quadam obscuritate: et perturbatione: et apposita manu lingua
vel subcutinea apparet Et talis urina leucoflammatiam confirmatam significat et talem uri
nam producit alba et tenuis cum quadam liuiditate et obscuritate Et nota quod talis
urina que idropisim significat potius debet esse alba quam lactea vel karopos propter
maiorem cruditatem digestionis Idropisis enim significat errore virtutis digestiue in
epate Color vero karopos vel lactens non tantam cruditatem materie potest tamen
lactens color vel karopos in leucoflammatia apparere Sed albus color eam fidelius
exprimit ut dictum est Item urina alba lactea vel karopos cum spissa substantia et arte
nosa significat colicam: vel iliaca passionem ex crudo et vitroso flegmate aggregato
in inferioribus intestinis unde expulsione flegmatis fetis egressio denegatur Et
ventositate innata torcio et angustia sentitur: videatur patienti quasi quoddam
terebellum eius intestina perforare: ut de se ipso refert Galienus in colica passione
et iliaca cum sepe videatur alba et spissa tamen de ratione passionis et de
positione vel dispositione materie talis debet esse urina: que si ita est in intestinis
potius debet esse lactea vel karopos quia cum materia contenta si in colon intes
tino vel yleon cum remota sit a venis urinalibus non sic potest commutare urina ut
eam reddat albam Redditur ergo minus discolorata scilicet lactea Item urina lactea vel
alba et spissa lapidem significat specialiter si in fundo habeat sedimen arenosum Talis
ergo urina potius debet habere colorem lacteum quam albam: quia licet propter flante de
beat esse discolorata multum tamen propter ebullitionem et decoctionem spissus humoris ut
in lapidem conuertatur redditur minus discolorata: ut lactea et spissa constituatur
pro consumptione liquidarum Petrificatio numquam ex aliquo humore non potest effici sine
aliqua decoctione Propter quod potius fit lactea quam alba Et est notandum quod generatione
lapidis fit 4 de causis scilicet ex abundantia superfluitatum ex viscositate earum ex angus
tia meatuum: et ex debilitate virtutis expulsiue Cum enim habet omnia contraria humo
ri inuenis morans in vesica actione caloris decoquitur et liquidis omnibus partibus consump
tis et terrestribus permanentibus fit durities: et petrificatio et arenarum generatio
que simul coadunate et annexe lapidem efficiunt: qui si fuerit in renibus dolorem
renum facit immoderatum: ex distensione partium et solutione continuitatis Adest etiam
dormitatio pedis cum ipso rene colligantiam habente: et infrigidatio contingit: quia spiritus
propter emfraxim talculi non potest impendere beneficium sue calefactionis Comprimuntur
enim nerui unde aufertur additus spiritui animali: et ideo fit dormitatio pedium
et infrigidatio Adest etiam dolor iliacus quia cum intestina comprimuntur ex calculo
existente in renibus et hoc propter eorum colligantiam superfluitates prime digestionis
retinentur que cum non possit emitti redundat ad ylon: et inflat. et torquet ipsum
et inde fit dolor iliacus Et si lapis fuerit in vesica dolor est in pectore cum pruri
tu et cum difficultate mingendi et cum ardore virge quando urina mingitur. et
constipatio igitur ventris fit ex compressione longaonis ¶ Capitisque dolorem
idest presentem vel futurum significat urina karopos vel lactea et spissa in substantia Si
ergo urina diu talis appareat significat dolorem presentem Sed si de nouo ap
parere incipiat futurum dolorem significat hoc autem est in amphemeria cum
flegma diu fuerit in corpore Calor enim qui iam diu egit in ipsum resoluit eius
partes in fumositatem turbidam et vaporosam que petentes cerebrum infert dolorem
Sed si flegma noviter incipiat dominari in corpore: calor agens in ipsum non diu
in fumositatem sufficit resoluere sed diutius agendo resoluet et ideo futurus dolor
significatur huiusmodi regule concordantiam habemus ab ypocrate in 4a particula amphorismorum
iuxta finem Quibus in febribus urine conturbate sunt velut subiugalium hiis
capitis dolores aut adsunt aut aderunt ¶ Flegmate excessum urina ergo
alba vel lactea et spissa per totum cum inequali et impermea substantia flegma natu
rale abundare significat sine febre Alba est propter frigiditate flegmatis Natura enim
frigiditatis est dealbare et quia flegma album est ideo habet dealbificare
Spissa est propter humiditatem cuius est inspissare Inequalitas substantie significat per
turbationem fieri in corpore Impermeitas substantie significat defectum naturalis caloris
non valentis substantiam depurare hoc ergo significat principaliter ¶ Secundo vero
significat dolorem capitis et precipue quandoque occipitii ubi est flegmatis sedes

vel secundum indigestionem vel secundum laterum inflationem: oris insipiditatem: salivarum abundantiam sensus hebes motus tardus sit pigritia sompnus et dolor capitis ei concomitantur. quod omnia hec contingere ex resolutione grosse et crude materie ex qua resolutione fumositas resoluta et a debili calore non consumpta ad diversas partes corporis peregrinans illas partes aggravat et molestat: petens enim cerebrum ex distensione miringarum cerebri dolorem facit: et ad ypocondria respirans inflationem inducit Et ascendens per ysofagum ad linguam et circa eam inspissata insipiditatem facit et salive abundantiam Et per nervos diffusa sensum et voluntarium motum impedit. huius regule concordantia habetur apud Theophilum in capitulo de pingui et alba urina dicit namque Theophilus talis complexio monstrat crudum humorem plurimum abundare in vasis et in venis et duas dicit esse flegmate attestari ut est vitreum vitreum falsum et sine qualitate ¶ Membrorum cremata idest fluxum humorum ad aliquod membrum corporis in apostematica collectione de frigidis humoribus effecta. proprie si fuerit granulosa ¶ fluxum scilicet crematis significat lactea vel karopos et spissa. specifice si fuerit pauca et turbulenta cum resolutionibus oblongis vel rotundis et precipue si fuerit granulosa ¶ fluxum ex ventris solutione secundum karopos vel lactea et spissa si fuerit pauca cum resolutionibus longis et rotundis pauca est propter fluxum quia spiritus et humores emittuntur a corde quia calor debilitatur in epate ergo pauci generantur in humores et ideo pauca est urina hoc enim dicit ypocras urina rotbrena multumque mitta paucum secessum significat et multus secessus paucam urinam secundum resolutiones fiunt a flegmate descendente per stomacum ad intestina turbulenta autem ex permixtione humorum ¶ Talis commixtio idest talis connectio albi vel lactei coloris cum spissa substantia ¶ Solvit idest solvi significat ¶ Apostaseos idest materia apostematice collectionis expurgatione materiei que cruda est flegmatica unde urina discoloratur et inspissatur et inde habemus concordantiam cum ypocras in fine quarte particule inquit enim quibus spes est apostema ad articulos conuerti: exies ab epate urina crassa et multa et alba facta velox in laboriose febribus et Item apud Theophilum urina pinguis et alba multa multa vermes liberat egrum ab epate in articulis nato hic qui dolebat liberat etiam qui in egritudine laboriosa erant. et qui diu fuerat in egritudine pinguium humorum

Ostendit quatuor esse regiones in urina

Sepe fit urine distans substantia: dispar
Vultus ut a medio vel summo discrepet imum
Summa superficies: mediana vel infima spissa
Summam vel mediam. vel partem continet unam
Et similis simili servit regio regioni
In reliquis est consimilis ratio generalis

¶ Expositio ¶ Sepe fit urine ¶ hic ostendit auctor in urina 4 esse esse regiones: quod 4 humani in corporis regionibus correspondent unde notandum est quod urine substantia multotiens distonuit in se ipsa quia aliquando erit superius tenuis: inferius spissa vel econuerso et est color eius quia in parte superiori erit alterius coloris quam in parte media vel quam in parte inferiori hic ergo notabiter 4 esse regiones in urina quod in humano corpore 4 regionibus attestatur Circulus enim ipsius urine attestatur supra membrorum animatorum dispositionem. ut puta cerebri et miringarum cerebri et trium cellularum Secunda regio urine scilicet pars que est contigua circulo significat dispositionem membrorum spiritualium et egritudines eorum sicut dicetur in comento Tercia regio urine attestatur supra dispositionem membrorum nutritivorum scilicet epatis stomaci splenis et similium Quarta regio scilicet fundus attestatur supra dispositionem membrorum inferiorum que regio si in se contineat sedimen arenosum humores significat conglobatos et molestationem significat generativorum membrorum et egritudines eorum sicut in comento valde dicitur ¶ Comentum ¶ Sepe fit urine Notandum quatuor sunt regiones humani corporis et prima est animatorum membrorum: sicut cerebri et miringarum et trium cellularum ipsius et durat ista regio ab epigloti superius Epiglotum est membrum quod iacet supra tracheam arteriam et dicitur ab epi quod est supra et glottis quod est membrum: superius eius cuglosmmmae ‑ ysofagum Secunda regio est spiritualium et continet cor et epate

et trachea arteria et fistulas pulmonis. et durat ab epigloto inferius usque ad diafragma ¶ Tercia regio est nutritivorum membrorum et comprehendit stomacum splenem epar et intestina et kistim fellis et durat a diafragmate usque ad lumbos et renes ¶ Quarta regio est generativorum membrorum qui comprehendit lumbos renes et vesicam et didimos et matricem et testiculos matricis et vulvam et duos testiculos et virgam virilem et omnia ea que continentur a renibus infra 4 sunt regiones humani corporis quibus conformantur 4 regiones urine prima quarum est circulus qui defert dispositionem animatorum membrorum. secunda est corpus aereum vel superficies que est in superiori parte contigua circulo et defert ei dispositionem membrorum spiritualium et spissa est: et magis turbulenta et attestatur mali humiditate spiritualium membrorum maxime si circulus fuerit granulosus et significat disma et asma aut aliqua collectione materiei superfluo circa spiritualia unde est angustia anhelandi et strictura pectoris et quia spiritualia membra sunt aerea admittunt emittunt et inspirant ¶ Tercia regio dicitur perforativa quia perforate membris attestatur idest stomaco epati et aliis nutritivis que si nebulositate in se habent vel spissitudine denunciat impedimentum vel nutritivorum ex superfluis humoribus sunt dolore ventris et inflatione rugitum. et indigestionem: fastidium et cetera accidentia que stomaci repletione concomitantur ¶ Quarta regio est fundus et in fine parte urine quod sedimen arenosum in se continet et humores conglobatos et significat molestias generativorum: sicut nefresim: litiasim· strangariam et tenasmonem et lumborum dolorem et partum adiacentium gravedinem ¶ distans substantia idest dispna et inequalis quantum ad eandem urinam ut eadem in parte superiori appareat spissa vel in medio vel in inferiori ceteris partibus in tenuitate permanentibus vel econtra dispnia regio secundum eatur molestari sicut singulis singula reddantur: similis regio urine simili regioni corporis attestatur In reliquis collectionibus racio generalis est ut si in parte superiori sit spissa vel in media vel in inferiori suprema regio corporis media vel infima molestari significatur

De pallido colore vel subpallido et subcitrino

Pallida cum pingui vel subcitrina liquore
Flegmatice monstrat periodica frigora febris
¶ Pallida cum tenui coleram declarat adustam
¶ Pallida subtenuis ex acri flegmate febre
Pallida cum spissum mediocriter associatur
Flegmatice crassos interpres fida probatur

¶ Expositio ¶ pallida cum pingui post precedentes colores hic agit auctor de colore pallido: subpallido et subcitrino cum spissa substantia tenui et mediocri Regula est urina est in colore pallida vel subpallida vel subcitrina in substantia per totum spissa significat febrem interpollatam ex flegmate naturali scilicet cottidiana ¶ Pallida cum tenui Secunda regula est urina in colore pallida vel subpallida in substantia tenuis: significat dominium colore aduste et melancolice innaturalissime febre ¶ Pallida subtenuis Tercia regula urina in colore pallida vel subpallida tenuis mediocriter in substantia quottidianam significat de flegmate acetoso et indigesto ¶ pallida cum spissum Quarta regula urina in colore pallida vel subpallida in substantia mediocriter spissa vero spissa flegmaticum significat ¶ Pallida cum tenui pingui post ad colorem lacteum et ca glaucum et karopos subiungit capitulo de pallido colore Et ergo pallidum colorem comprehendimus in ipsum pallida et subpallidum colorem secundum coniugacionem spisse substantie et tenuitas et mediocriter tenuis quos sic debes colligere urina pallida vel subpallida vel subcitrina colori urina: in substantia per totum spissa significat cottidianam de flegmate naturali ¶ Remissa est in colore propter flegmate frigiditatem spissa vero propter humiditatem humorum flegmatici ¶ Alia regula urina pallida vel subpallida in colore et in substantia tenuis significat dominium colore aduste et malancolie innaturalis sine febre ¶ Alia regula urina pallida in colore et subpallida in substantia mediocriter tenuis significat cottidianam de flegmate acetoso indigesto: mediocri dico tendente ad digestionem Omnis namque materia in sui digestione inspissat urinam propter flegma vitreum quod ex sua digestione eam attenuat ¶ periodica frigora idest circulares revoluciones vel accessiones. quia a frigore incipiunt

¶ flegmate febrem idest cottidianam de flegmate naturali ¶ Subtenuis idest tenuis
sa tenuitate ut notet diminutione ¶ pallida cum spissum Alia ponitur regula de
pallido colore et subpallido Urina in colore pallida vel subpallida in substancia medi
ocriter spissa saniem flegmaticam significat et cetera huiusmodi

De colore pallido sequente album vel latteum vel glaucum vel karopos

Si malo disposito precedat corpore glauca
Lattea vel karopos et pallida post videatur
Signo palloris vires natura resumit
Et redit ad proprium vis digestiva tenorem
Inter febre continua lenta subpallida clara
Pondus apostaseos in dextra parte futurum
Indicat affecto constante vigore vigente
Si fluor absentet ventrem aut viscera temptet
Pallida spumosa pinguis lucens tinctosa
Paucula: fit pestis ptisice non absona teste
Si fluor accedit mors intrat vita recedit
Crudor et emfrasis: fluxus consumptio pauca
Indicat urina: ratio contraria multam

¶ Expositio ¶ Si male disposita et alia regula precedente urina albam in colore lattea glauca vel karopos. et urina pallida in colore subsequatur forti ficatione caloris naturalis significat et quod ista natura corporis resumit vires suas ¶ In febre continua Regula secunda urina pallida vel subpallida in colore: in substantia tenuis et clara in febre acuta apparens: cum bonis significat apostema futurum sub dyafragmate in parte dextra Si autem talis urina appareat malis concurrentibus signis mortem periculum minaretur ¶ Si fluor absentet Tercia regula urina pallida vel subpallida in colore: spumosa superius cum quadam lucitate oleagina subtilissima in quantitate pauca solucione ventris circumscripta ptisim significat Si vero tali urina in ptisi existente superveniat fluxus mortale est secundum ypocratem quinto amphorismorum In ptisi habito diarria superveniens mortale est ¶ Crudor et emfrasis In hoc loco assignat auctor quatuor causas paucitatis urine Et prima est cruditas materie Secunda opilatio meatuum ut in strangwria Tercia fluxus ventris quarta est consumptio substantialis humiditatis Et cause iste contraria faciunt magnam urine quantitatem. ut bona digestio meatuum apertio ventris constipatio et caliditas temporata non consumens substantialem humiditatem Omnia enim ista faciunt ad multiplicationem urine ¶ Commentum ¶ Si male Alia regula de pallido colore que assignatur secundum collatione pallide urine ad glaucam urinam Alba lattea vel karopos precedente Sunt enim quedam iudicia simplicia quibus quandoque iudicatur de urina absolute secundum substantiam et colorem non habendo respectum ad statum precedentem vel ad considerationem aliarum circumstanciarum Sunt etiam quedam iudicia electiva quando habetur respectus precedentis status vel complexionis vel etatis vel aliorum similium Hic ponitur iudicium collationis: quia si corpore aliquo existente distemperato in frigiditate. urina appareat lactea alba vel glauca et post modicum tempus appareat pallida significat calorem naturalem resumere vires ut fiat transitus de indigestione ad principium digestionis Et de frigiditate ad confortationem caloris naturalis Naturalis enim calor resumit vires suas vel videtur resumere vires vel significatur resumere eas ¶ In febre continua In hoc textu alia ratio vel regula assignatur de pallido vel subpallido colore: quare sic collige Urina pallida vel subpallida in colore: in substantia tenuis: et clara: in febre acuta de flegmate vitreo aliis bonis signis concurrentibus significat apostema futurum sub diafragmate Quod urina sit pallida contingit propter frigiditatem materiei Quod autem sit tenuis et clara contingit propter compactionem et cruditatem materie ex quibus morbus prolixatur Natura igitur prolixitate morbi aggravata et stimulata non potest convenienter et absolute crisim elicere: ut purget materiam fluxu sanguinis a naribus. vel per sudorem vel per fluxum ventris: vel per quamcumque aliam purgationem competentem facit ergo quod potest tamquam fatigata Sed si debilis esset natura nec adessent aliqua bona signa inicia ut si alba appareat vel virtus esset debilis tunc mortem minaretur Sed quando sunt signa bona inicia sunt bonus appetitus et robur virtutis et fortitudo mentis: et respiracio facilis Proximedum est quod in tali casu per talem urinam quod debeat fieri determinatio per apostema vel dissinteriam Natura namque licet sit fatigata et materia sit cruda ignavium potest a se et cetera ¶ De liberandum intitur Transmittit ergo materiam de nobilioribus membris ad minus nobilia de principalibus ad non principalia scilicet

ad dextrum ypocundrium: et ad idem proprie quia propter presentiam epatis quod est membrum calidum et propter loci vacuitatem viget ibi virtus attractiva ¶ Pondus
Apostasos idest apostemationem collectionem de gravi et ponderoso humore
¶ In dextera parte idest in dextro ypocundrio sub diafragmate hec regula elicita
est ab ypocrate in pronosticis circa finem partis prime ubi dicit acuta existente
passione collectio si fuerit in ypocundriis etc ¶ Affectu constante idest bono
appetitu cum aliis bonis signis ¶ Constante vigore idest vigorosa permanente ¶ Si fluor absentet. ¶ Alia regula datur de pallido colore per quem significatur
ptisis Regula sic colligenda est Urina pallida vel subpallida in colore spumosa superius cum quadam lividitate oleaginea: subrubea in quantitate pauca
solucione conscripta ptisim declarat Et si in ptisi tali existente urina superveniat fluxus ventris mortale est iuxta amphorismum ypocratis qui dicit
in quinta particula amphorismorum scilicet primo in hec a ptisi habito diarria
superveniens mortale est ¶ Absentet Quia talis fluxus ventris ex humorum
perturbatione et pauca humiditate redundante ad epar posset apparere: et ideo
excludimus fluxum ventris ad certitudinem specificationis ¶ Pallida
Naturali calore debilitatio circa nutritiva que spiritualibus compatiuntur ¶ Spumosa ex compressione vel compassione pulmonis. in quo triplex est causa
spumositatis. scilicet impetus motionis presentia sive violentia ebulitionis presentia ventositatis ¶ Pinguis idest oleaginea magis in principio ex pinguedinis resolutione
¶ Livens ex infectione spirituum et pulverulenta et spumosa materia que
per venam concavam redundans ad epar sanguinem inficit et spiritum et sanguinem
corrumpit ¶ Cinerosa ex partibus pulmonis resoluta pulvis enim est subone ex caloris ¶ Pauca ex consumptione humorum ¶ Pestis ptisice idest pestis
que corpus depascit ¶ Fluor idest fluxus ventris ¶ Mors mīrat idest multiplicata consumptione ¶ Credor In predictis capitulis frequenter fuit posita
doctrina de paucitate urine et ideo in hoc capitulo causas paucitatis urine auctor assignat que sunt quatuor Prima causa scilicet cruditas materie ut in principio
amphimerina: Secunda causa ¶ Emphraxis idest oplacio meatuum et in stranguria litteralis Tercia causa est fluxus ventris: ut in dissinteria in qua egestio multiplicatur et urina pauciscatur Quarta causa est consumpcio membrorum ut
in ptisi humiditas namque que expelli debet in multiplicatione urine a violentia
caloris depascitur et anichilatur quod maxime est signum in febre acuta mortale
Ex contrariis signis urina multiplicatur scilicet ex digestione materiei ut in solutione
amphimerine tunc enim urina alba et tenuis et multa debet occurrere Item
ex emphraxi remota vel vigore nature et medicaminibus diureticis multiplicatur Item ex ventris constipatione virtute attractiva vigente in epate ut in
habentibus calidum epar et siccum multa est urina et etiam in diabeticis Similiter
propter multam attractionem siccositatis ex crapula vel ex refectione copiosa multiplicatur urina et in potantibus diuretica et ea comedentibus multiplicatur
urina Item multiplicatur etc urina ex septem causis ¶ Prima ex multiplicatione cibi et negligentia exercitii Secunda est multitudo humorum non coctorum
ex quibus multa resolvitur urina Tercia est superfluitas potus Quarta est
consumptio totius corporis unde corporis humiditate elignata a corpore multiplicatur urina: ut in ethica Quinta est diabetes Sexta est usus diureticorum
Septima est paucitas egestionis aliarum superfluitatum ¶ Pauca solum fit ex
7 causis Prima est paucitas ciborum et nimium exercitium 2a oplatio meatuum 3a attenuatio humorum cum urina unde vesica pungitur et sic exonerare intitur 4a est mortificatio vesice et expulsionis defectus: unde vesica
non valet in attrahendo neque valet in emittendo 5a est paralepsis vesice ut in senibus
in pinguioribus et flamaticis disposite ad paralepsim Nervi enim a multa humiditate remolliti: non possunt urinam retinere donec colata sit sed paulatim emittitur
// venis // Sexta est calor immoderatus: internus in fine consumens humiditatem corporis
ut in acuitate 7a est multitudo egestionum et aliarum superfluitatum ut fluxus
ventris et sudor nimius ¶ Crudor idest cruditas materiei ¶ Emphraxis
idest oplatio ¶ Fluxus ventris idest solutio ex consumptione membrorum ut
in ptisicis et hoc est quod dicit auctor

De colore citrino

Est multis tenuis citrina referta figuris
Emulgata minus vel que mus affectu humor
Condempnat Iliacos: duplici fervens impedit annos
Continua pueri: minus tum fel dominatur
Portendit famam proprio caractere signat
Talem constituit quartana planetica febris
Autumno pomis et sub brumalibus horis
Thoracis: splenis: epatis delicta fatetur
Pectoris offensam: sanctus obsita signis
Splenem si multis radiis virgata tortus stat
Tenuis demonstrat epar in largo fusa liquore
In febre continua sub morbi lumine talis
Prolixi indo malum fert detrimenta vigoris
In medio frenesim monstrat sub fine duelli
Designat rebere firmat federa pacis
Efflegmatis et colere quem consat uno reddit
Citrina tenuis cito citrinus humor
Plus tenuis tardus: tenuis minus resolutus
Intensam in febre magis sine febre remissa

¶ Expositio ¶ Est multis tenuis postquam determinatum est de colore palido: hic agit auctor de colore citrino vel subcitrino secundum compilationem cum tenui substantia et mediocri Unde urina in colore citrina vel subcitrina cum tenui substantia vel mediocri multa potest significare et hoc secundum diversitatem etatum complexionum et sexuum diversitatem diversa significare Unde urina talis apparens in iuvene flegmatico vel mulieris simpliciter significat tertianam ¶ Duplici secunda re. eadem urina apparens in sene tertianam duplicem significat ¶ Continua pueri tertia re. eadem urina si talis tenuis apparens in puero significat continuam puer in ... usque ad 14 annos ¶ Minus tum fel Quarta re. ponita urina in iuvene colerico apparente cum pura et equali substantia potest sanum colericum indicare ¶ Talem constituit Quinta re. eadem urina apparente et precedente et proprie in tempore autumpnali vel hiemali et super longo tempore quartanam antiquam indicabit Unde sciendum quod talis urina apparet in die quod accessione quamvis quamvis de intus naturali debeat apparere discolorata tamen quia febrilis caliditas accensa sunt in ... colore recipit et sic apparet et citrina vel subcitrina ¶ Thoracis ista eadem urina significat vicium pectoris splenis et epatis et sic distinguitur Pectoris quia urina sit citrina cum tenui substantia sed magis tenuis in superiori regione maxime cum grane et ampulle apparente indicat semper super pectoris vicium et sputum Ratio huius sufficienter traditur in comento ¶ Splenis tamen etiam urina citrina vel subcitrina in colore tenuis in substantia et multum clara radiosa vel virgulata splenetica significat passionem Ista etiam urina potest significare emoroidam passionem ¶ Tenuis monstrat urina citrina et tenuis multa in quantitate in maniencia corpore at sanitate et ventris constipatione tunc epar distemperatum in siccitate indicabit Racio huius vero sufficienter traditur in comento ¶ In febre Alia re. urina eadem citrina et tenuis apparens in febre continua et acuta et hoc in principio significat materie tenuitatem et sic morbi longitudinem et ideo timendum est merito de virtute ne deficiat ¶ In medio talis etiam urina si appareat in febre continua et acuta in medio significat egritudinis et precessit urina rubea vel subrubea et nec facta sit aliqua purgatio certa super frenesim ex raptu materie superius ad cerebrum indicabis sed si facta fuerit aliqua purgatio rebia et talis appareat tunc super alienationem infirmi et eius convalescentia ab egritudine indicabis ¶ Efflegmatis et colere Regula urina citrina in tenui substantia coleram citrinam significat abundare Notandum est quod colera citrina generatur ex commixtione colere rubee et flegmatis naturalis Unde ex albedine ipsius flegmatis rubedo colere remittitur et sic efficitur color citrinus et ex spissitudine ipsius flegmatis colere tenuitas remittitur: et sic generatur colera citrina ut dictum est et ex admixtione istius colere citrine in urina reddit ipsa minus colorata et minus tenuis quam ex admixtione colere rubee naturalis ¶ Plus tenuis Ista colera citrina aut est digesta aut indigesta Si digesta tunc reddit urinam minus tenuem quia sui digestione urina aliqualiter inspissatur Si vero illa colera citrina sint indigesta tunc reddit enim urinam magis tenuem quia propter sui indigestionem non resolvitur aliquis humor grossus tunc urina ... ipsam urinam posset inspissare vel reddere magis spissam ¶ Intensam Si alia colera citrina accendatur et inflamentur caliditate febrili tunc ipsa urina magis intenditur in colore Si febre sine febre urina remittitur et illa sufficiat

de illo colore citrino ¶ Talem constituit Nota quod si urina citrina apparuerit in
autumno qui tempus tardum talis post significat quartanam et hoc duo erratica et diuersa
planetica quia sequitur [tenuit] modum quorundam planetarum sicut martis mercurij iouis
veneris et saturni ¶ In febre continua Nota quod talis urina scilicet citrina et tenuis
urina apparens in principio continue febris significat longitudinem egritudinis que terminabitur
ad mortem Si autem appareat in medio siue in statu egritudinis significat
raptum materiei ad frenesim faciendam In fine ante egritudinis apparens bona
determinationis ipsius egritudinis significat scilicet sanitatem ¶ Commentum ¶ Est multe
Post pallidum colorem agit auctor de citrino vel subcitrino secundum coniugatione eius
cum tenui substantia et etiam cum mediocritate tenui urina citrina in colore eius
nimis in substantia pertotum ad diuersa equiuocatione et signa per diuersitate complexionum
sexuum et etate aliud et aliud habet significare Nam in iuuene
flegmatico si talis appareat significat tertianam simplicem non enim est accomoda
flegmatice complexioni cum in flegmatico sano debeat esse pallida vel subpallida
cum pura et equali substantia et mediocri Si ergo appareat citrina contra legem
complexionis significat excessum caloris et colerice accensione Nam si flegma
accenderetur ut faceret febrem substantiam inspissaret et colorem remitteret
Si multa esset in ea quamuis substantiam attenuaret colorem tamen non intenderet
Si vero esset l in ea sanguis substantiam inspissaret et talis color intensior esset
Sequitur ergo quod talis urina aliis circumstanciis circumscriptis in flegmatico corpore
et in melancolico significat tertianam simplicem In sene autem talis apparens
significat duplicem tertianam et maxime in flegmatico vel melancolico quia
tum ex etate tum ex complexione magis distat ab eius natura Et ideo distemperantiam
maiorem portendit cum in sene flegmatico vel melancolico debeat esse alba vel lactea
propter defectum naturalis caloris Si vero in puero talis appareat usque ad 14 annos
febrem in eo significat continuam licet enim in pueris debeat esse colorata et spissa
ex etate tamen quia meatus sunt angusti non possunt sic humores emitti quorum
admixtione cum urina fit coloratio et eius inspissatio remanet ergo discolorata
quare parum colorata in puero magis significat malum quia multum colorata
in iuuene Est etiam discolorata frequentius in pueris propter inordinatam dietam cibo
rum et potuum susceptione et propter gulositatem Item urina citrina et tenuis cum
pura et equali substantia sanum significat colericum Eadem longo tempore procedente et maxime
in autumno vel hieme designat erraticam vel quartanam et talis apparet per
ordinem accessionis licet enim de melancolica natura debeat esse discolorata tamen
ex febrili distemperantia accensa materia conuertit citrinam vel subcitrinam Item
urina citrina cum tenui substantia magis tenuis in superiori parte et proprie cum
ampullis et circulus significat vicium thoracis et pectoris stricturam et quandam
preparationem ad ptisim physicam seu theoricam sic colligitur scilicet quod sit tenuis cum tali
colore non ex caliditate quia calor intensior esset si se distemperantia calidi
talis ingereret Non est tenuis ex frigiditate quia intensio frigiditate eam potius
dealbaret humiditas non reddit eam tenuem quia potius inspissaret Est ergo
tenuis ex siccitate unde distemperantia siccitatis insinuatur in corpore et maxime
quia circa pectus et thoracem membra sunt sicca et ossosa et ideo adueniente
distemperantia simili maxime leduntur sicut ex coloratis innatur Si autem
sit magis tenuis superius inde maior desiccatio circa thoracem ostenditur quod si ampullosa
appareat et granulosa thoracem ex angustia et siccitate magis affligi
significat Item citrina vel subcitrina in colore in substantia tenuis limpida multum et clara
si fuerit quasi virgulata et fenestrata splenetica passionem significat unde illa virgulatio
fit superius dictum est Talis etiam urina potest significare cordis motum et motum cordis
Item urina citrina et tenuis multa in quantitate cum siti et macilentia corporis
et constipatione ventris significat distemperantiam epatis in siccitate hepar namque
siccum multum attrahit de serositate ab intestinis unde urina multiplicabitur
dolor adest in dextro ypocondrio et videtur pacienti quod quasi quedam flamma
ad guttur suum ascendat ex calido et sicco fumo superius respirante Item urina
citrina et tenuis in febre acuta in principio apparens significat cruditatem materiei ex cruditate
prolixitatem morbi Et ex prolixitate defectum virtutis minatur unde timendum
est ne natura deficiat in via Si vero in medio morbi et in statu talis urina
appareat precedente rubea vel subrubea non facta aliqua purgatione certa frenesim
significat ex raptu materiei ad cerebrum Sed si precedente citrina desinatione

urina citrina et tenuis appareat tunc allienatione patientis signat: et continualem etiam
inferni et declinatione morbi Littera plana est ¶ Signeis id est significationibus
¶ Niger humor id est melancolia ¶ Crites id est terciana simplici ¶ duplici s
terciana ¶ Impedit id est invadit ¶ fel id est coleram ¶ Paratere id est dispo
sitione ¶ Quartana id est de mane naturali post diem accessionis ¶ Planeta
id est errativa ¶ Autumpno etc In quibus frigidi humores impetum faciunt ¶ Inicio
id est in primo in cumeo et in statu ¶ sub fine [illegible] id est [illegible] celebrata ¶ flegmate
et colera Alia tera ponit de urina citrina cum tenui substantia quia talis urina
signat coleram abundare citrina que generatur ex commixtione rubee colere et fleg
mate naturalis: frigiditate et humiditate flegmate remittitur calor colere et simi
tas spissitudine flante remittitur colera tenuitas Albedo flegmate rubore co
lere remittit: et ita fit colera citrina ex qua redditur urina minus colerata et
tenuis quia ex colera rubea nascitur Sed colera citrina Alia est digesta alia indi
gesta Ex colera citrina indigesta urina redditur subcitrina: et multum tenuis Et
hoc ideo quia cum sui indigestione repugnat nature expellenti non emittitur ali
quis grossus humor cum urina tunc admixtione urina posset inspissari Ex colera
citrina digesta fit urina subcitrina et mediocriter tenuis quia cum colera citrina di
gesta non repugnet expulsioni tunc aliquis grossus humor in urina emittitur
unde a tenuitate remittitur Si vero attendatur colera citrina in distemperan
tia febris tunc reddit magis intensam in citrinitate Sine febre vero reddit eam te
nuiorem Colera vitelina disponit urinam remissiorem quam colera citrina et minus te
nuem quia fit ex commixtione vitrei flegmatis et colere rubee Que vero attin
sequantur ex colera citrina et vel vitelina ex aliis humoribus in hoc loco de
sinthomatibus dicebis ¶ humor citri contermimus id est qui assimulatur malo
citrino in colore vitro flegmatis et colere id est commixtio ¶ Constituit id est
constituit talem humorem ¶ Reddit s urinam citrinam in colore et tenuem in substantia
sed distinguo quia ¶ Crudus quando est indigestus reddit eam plus tenuem quia
magis resistit expulsioni ¶ Resolutus id est digestus reddit eam minus tenuem
quia idem resolvitur et purgatur cum urina et cum febre quia tunc materia incendi
sine febre quia febris accessione remota calor materie antecedens lentescit

De ruffo colore et subruffo

In ruffum vergens puri colore emulus auri
Equalis: pulcrus: medius cum sit liquor unit
Corpus erratici validos demittunt actus
In puero: iuvene: sene: flegmatico: muliere
Ruffa manens tenuis notat hec incomoda febris
Continua citrina duplice Sed tempore longo
Epatis offensam: vel febre quadrudinana

¶ Expositio ¶ In ruffum
Determinato de colore ci
trino et subcitrino consequenter
agit hic de colore ruffo
et etiam subruffo s in si
militudine auri puri Re
gula urina ruffa vel
subruffa in colore cum
puro et equali et medio
cri substantia corpus erraticum

significat id est in optimate complexionis. et hoc habemus a Galieno in primo de
crisi. In textu de urina Ratio huius est quia cum corpus erraticum sit in tem
peramento urina existens in temperato temperamento habet sibi attestari quia
color ruffus medius est inter colores significantes excessum in frigiditate
et excessum in caliditate Et etiam substantia urine media est inter tenuitatem et spissitudinem
et ita signat temperamentum in siccitate et humiditate Et ista est summa textus preter dictum
¶ In puero alia tera de ruffo colore cum substantia tenui et habet et hoc tercia
membra et sunt ista quotiensque videbis talem urinam ruffam vel subruffam
in colore et tenuem in substantia in puero indicat febrem continuam in iuvene indicat simpli
cem tercianam in sene et flegmatico et muliere indicat duplicem tercianam ¶
Sed tempore longo id est si talis urina apparet longo tempore precedente nec adsit fe
bris significationem epatis indicabis Sed si sit febris tunc illa febris est quartana et
maxime in autumpno et hyeme ¶ Commentum in ruffum vergens Post citri
num colorem agit auctor de ruffo colore et subruffo secundum coniugacionem tenuis
substantie et spisse vel mediocriter tenuis et mediocriter spisse et primo ostendit qua
hic urina erratici corporis. et erratici coloris urina namque ruffa vel sub
ruffa in colore puri et equali et mediocris in substantia corpus erraticum significat
designat namque temperantiam humorum et equalitatem Et talis color fit propter temperan
ciam caliditatis et frigiditatis et talis substantia fit propter temperantiam siccitatis et

humiditatis. Vel aliter ex calidis humoribus urina fit colorata ex frigidis dis
colorata. Ergo ex temperancia eorum ex equali commemoria nec colorata nec
discolorata apparet sed potius rufam quadam rubicundia et claritate tamquam
aureum citrinum qui color equaliter distat ab extremis et sicut est medius ita
et mediocritatem designat. Ex siccis humoribus urina attenuatur. Et ex humidis
inspissatur ergo ex equali commemoria et commixtione eorum fit urina in substancia
mediocris ut magis vergat in tenuitate quam in spissitudine. Equalitas substancie
nulla significat in corpore fieri perturbacionem. Nam quibus urine distantes sunt huius
humorum in corpore fit perturbacio. Puritas substancie quando scilicet non est obscura
nec obumbrata nec feculenta significat naturalis caloris fortitudinem va
lentis humore depurata. Et si rufa sit in colore et mediocriter spissa
cum puri et equali substancia sanum significat sanguineum et temperancia humorum significat
Sed inequalitatem humorum quia significat dominium sanguinis. ¶ Color
urine vergens in ruffum idest expresse ruffus vel emulus ruffedinis ¶
puri auri idest similis puri auri idest citrinum et dicitur citrinum ab ci quod est
bonum et trison quod est aureum inde citrinum idest bonum aurum quia auro boc
radius assimilatur non auro alezea vel alnea vemete quod est pallidum ¶
Cui idest colore predicto ¶ Se unit idest copulat et associat ¶ liquor idest
substancia ¶ Equali scilicet sine aliqua perturbacione et non est distinctus secundum omnes
suas partes ¶ purus ab omni nebulositate ¶ Medius quidem idest mediocris inter ex
tremitates ¶ Talis urina scilicet color ¶ denunciat idest exprimit ¶ validos
actus idest perfectam operacionem virtutum ex temperancia et equalitate humorum cor
poris precedente non tamen habet: sed citratim bene temperatam ¶ In puero iuvene
2o Alia ponitur regula de ruffo colore cum tenui substancia quia in puero significat
se continua significat in iuvene tritheum terciana simplicem ¶ Sed in sene fleg
matica et muliere significat duplicem terciana ¶ Tempore longo precedente fe
bre circumscripta significat offensam epatis ex calefaccione ¶ febre quatridiana idest
quartanam notam significat. Si diu talis urina supradicta apparebit cum febre hoc scilicet
maxime secundum veritatem in autumpno et in hyeme. Nos vero horum accidencium causa
brevitate pertransimus quia in capitulo de colore citrino de hiis sufficienter explanavimus

Alia Regula de colore ruffo

Principio cause dum sunt nova semina morbi
Ruffa parum tenuis: cuius summam regios
Nubes rara tenet motu generata caloris
De salso typicam sucendit flegmate febrem
Sed tritheum morbo iam precedente figurat
Spissa parum iam non tritheum: magis inductiosa
Indicat ex falso: vel dulci flegmate febrem
Flegmatis at falsi mordax exuberat humor
Et sine febre furens enormes excitat actus
Extremas pungens fetuosis acumine partes
Si subruffa parum tenuis nec nubilosa fiat
Et talem servet constanti tempore formam
Idropico talis protenditur exicialis

¶ Expositio ¶ Principio cau
se datur alia regula de colore
ruffo cum substancia mediocriter
tenui et est si urina ruffa in
colore et mediocriter tenui in
substancia in principio passionis nebu
losa ex umbra et motu ca
loris per resolucionem fumosi
tatis significat febrem interpolla
tam de salso flegmate secundum
consuetudinem iam precedente
significat terciana unde sciendum
est quod si a principio morbi urina
magis attendat ad spissitudi
nem quam ad subtilitatem tunc
sine dubio significat quottidianam

salmim interpollatam supra de flegmate salso vel dulci de falso si attendat ad spissi
tudinem quam ad subtilitatem de dulci si incipiat inspissari. Et ista est sentencia in
versu usque ibi flegmate at falsi. Alia regula urina ruffa in colore cum mediocri te
nui substancia non superius obumbrata cum impuritate et inequali substancia flegma falsum
significat abundare sine febre debet tamen ista urina in superiori parte esse magis
spissa. Urina ista redditur in colore medio mediocri scilicet subruffa quia per mediocrem
calorem ipsius flegmatis falsi mediocre fit ebulicio: et sic mediocris color fit
non obumbratum quia non est ibi febris. Inequalis est substancia quia ex flegmate debet
esse spissa et ex siccitate quia falsum debet esse tenuis et sic ex utraque redditur
inequalis scilicet supernis et tenuis inferius. Et ideo notandum est quod ex isto flegmate
falso et mordicante et abundante attrahitur ad extremitates scilicet manus et
pedes et hoc ratione mobilitatis istarum parcium. Unde urina aliquociens significat
pruritum per totum corpus universaliter et aliquando particulariter si ergo per totam urina
appareant resoluciones tunc per totum corpus universaliter scabies indicatur. Si

vero in superiori parte urine tunc in superioribus membris pruritus et scabies Si quidem

media regione urine tunc indicium et intrinsecorum membrorum Si vero appareat in i

fima regione tunc scabies et pruritus tibiarum et coxarum habentur ¶ Si subrussa

si talis urina subrussa in colore parum tenuis in substantia sine nebulositate appareat per

longum tempus in ydropico: tunc signat destructionem et mortem sic dicitur in commento eius

Quem ypocras in pronosticis dicit enim omnis namque ydrops etc et in theophilo

Commentum pro causa Alia regula de russo colore tenui substantia mediocriter tenui ¶

Dum sunt nona semina morbi in principio passionis dum passio est adhuc nova et

tenera ¶ Russa in colore ¶ Parum tenuis idest a tenuitate remissa ¶

Nubes rara idest nebulosa quadam umbrositate motu caloris per resolutionem

fumositatis generata ¶ Tepida idest intrepollata ¶ Tercianam idest tercianam

¶ Morbo accedente idest iam mere(?) digesta Sed si a principio appareat parum spissa

et magis accedens ad spissitudinem quam ad tenuitatem tam non signat nisi quotti

dianam sublata de equivocatio terciane indivisam(?) idest intrepollata de falso

flegmate si accedat ad spissitudinem ¶ Vel dulci Si inspissari incipiat ¶ flegmate

at falsi Ponitur regula de russo colore tenui mediocriter tenui substantia que sic al

lige urina in colore subrussa et in substantia mediocriter tenuis et non superius ob

umbrata: tunc impura et in equali substantia flegma falsum sine febre signat abundantiam

Sed in superiori parte debet esse magis spissa et ex equalitatibus flegmatis

falsi urina redditur in colore mediocris sed subrussa quia per mediocri calore fleg

matis mediocriter fit ebulitio et pro mediocri ebullitione fit mediocris et non est

obumbrata quia non est accessio febrilis caloris inequalis et in substantia quia ex fleg

mate dulci inspissari et ex siccitate attenuari ergo pro utraque redditur inequalis

substantia superius et inferius tenuis spissa est urina superius quia tunc ipsa urina

efficitur aliquid spissius et fumositatis: et quod leve est de natura petit superiora quod

vero in urina est subtile et spissus ascendit et separatur ab illis: quod vero superius

enatat per urinam impellitur ergo ad superficiem materie et inspissatur urina

item ex mediocri calore istius illius flegmate aliqua fit ebulitio et per eam aliquae partes

resolutione ex humore: que leugata(?) et inspissata: petunt superficiem ¶ Mordax

idest mordicativus membra et pungens propter colericam infectionem ¶ Fricationes atque

in pruritum et scabiem ¶ Extremas partes sunt manus et pedes et tibia

Sed istas enim partes racione nobilitatis potius assidue(?) et repellunt superfluitatis

Sed distinguere quia quandoque urina signat ulcerem pruritum multum totius corpo

ris quandoque particulare ut in supremis partibus vel in infimis vel in mediis Si

ergo appareant resolutiones in suprema parte urine tunc superiorum parcium signat

pruritus si in media intrinsecorum Si inferius coxarum tenuium(?) et pedum Si autem

in totam urinam appareat resolutiones totius corporis scabies et pruritus indicantur

¶ Subrussa idest parum tenuis quia sine febre ¶ Non nubila idest non nubi

losa ¶ Constanti tempore ut propter perseverantiam malicia designetur ¶ Ydropico

idest leucoflegmatico Talis idest russa vel subrussa ¶ Portendit exitiale

idest funesta et periculosa quia febrem significat accendi in humoribus frigidis

ydropisim qui tunc multi sunt plus consumuntur subtilis humiditas febrili quia ipi

recipiunt aliquam diminutionem Omnis namque ydrops in acutam egritudinem malum ut

dicit ypo in pronosticis Infestatur enim paciens siccitudine et dolore et dolore

et triplex stimulus difficile comprimitur et ideo exitialis idest mortalis dicit ideo

quia talis urina quia significat speciem ydropisis incurabilem scilicet ascites et tympanites

Item habetur apud theophilum dicentem urina russa in ydropico mala quemad

modum aquosa urina **De russo colore tenui substantia mediocriter spissa**

Russa parum pignis retinens umbracula nubis
Indicat accendi febrem de flegmate dulci
Infra subsistens: color et substantia constet
Flegmatis extressus dulcis sine febre notatur
Russa parum pignis tenuis vel limpida constans
Membra quibus fiunt spiramina flegmate dulci
Vel salso monstrat: certa racione gravatur
In muliere magis protendit probra monete

¶ Expositio ¶ Russa parum Postquam determinatum de russo colore tenui substantia et mediocriter tenui hic datur regula de russo colore tenui substancia mediocriter spissa Regula est ista quandoque videtur urina in colore

Si color est ruffus: pinguis substantia febre
Signat cotidianam de flegmate vasa tenente
Si sit causa recens et summum livor obumbret
Aut minor inurbet: aut pleuresis insinuatur
Si vetus: asclites magis aut empima notatur
Debile remmatica membrum turbante querela
Disponi poterit pinguis: ruffique coloris
Si spumosa magis fiat: tinctaque coloris
Emula: distincte lucens: subruffa remissa
Ad loca pulmonis morbus lateris peregrinat
Pinguis: ruffa: parum lucens: oleagma remis
Obsita sit febris ethice ligata fidelis

ruffam in substantia mediocriter spissam et superius obumbratam tamen non puram et inequalem substantia: indicat cotidianam de flate dulci ¶ Causa subsistens Si autem color remittatur et fit subruffus et remanet substantia mediocriter spissa tunc significat abundantiam flatis dulcis sine febre ¶ Ruffa parum pinguis. Alia regula quotienscumque videbis urinam ruffam colore in substantia mediocriter tenuem vel spissam: et sit in superiori parte livida longo tempore talis perseverans: significat flegma dulce vel salsum in spiritualibus abundare ¶ In muliere Si talis urina apparet in muliere hic color significat matricem impregnatam ex flate salso vel dulci quia quidam meatus communes sunt viis urinalibus et matrici. Et tunc apparet in urina quedam resolutiones quasi albe quasi nigre squamose et non distinguntur livoritas in urina nisi cum manus appositione. Et hoc quia ruffus color impedit et tunc cum in matrice materia est contenta adest dolor in dextro ypocundrio cum inflatione quadam et extensione ¶ Si color est ruffus Alia regula de ruffo colore cum substantia et est ista quandocumque videbis urinam ruffam vel subruffam per totum spissam in colore et in substantia per totum spissam obumbratam et obscuram sine livoditate tunc indicat febrem cotidianam de flegmate naturali intra vasa putrefacto etc. Si sit causa recens cotidiana de flegmate naturali. Alia regula quotienscumque videbis urinam ruffam in colore in substantia per totum spissam lividam in superius manu apposita sine resolutionibus frequentis tempore pauco precedente minorem emitritheum indicabis. Est autem minor emitriteus secundum quod vult auctor sequens Petri ... autem colerice ex colera putrefacta extra vasa ex flate intra Ex colera urina est colorata et ex flegmate discolorata pro eorum mixtione cum urina Et ita ex utroque reducitur ad medium colorem scilicet ruffum vel subruffum livida est ista urina superius propter humoris constrictione Et quia humor corruptus est paucus et etiam ruffedo urine impedit non apparet livoditas nisi opposita hec sunt causa que concomitantur scilicet frigiditas extremitatum ad horam vespertinam ut licet colera dominum habeat a tertia hora diei tamen propter flegma putrefactum a motu suo retardata legem ipsius flegmatis sequitur: et hoc scriptum est in commento ¶ Aut pleuresis Alia regula urina ruffa in colore in substantia per totum spissa: livida superius et turbulenta: in recenti tempore significat pleuresim Et hoc pleuresis sciendum quod ut vult Galienus in 2o de crisi 4 sunt accidentia sibi propria. Primum est dolor lateris pungitivus 2m est febris continua tertium est tussis in desinens Quartum est difficultas inspirandi. Que vero sit differentia inter urinas significantes minorem emitriteum et urinam significantem pleuresim satis habetur in commento ¶ Si vetus asclites Alia regula urina ruffa et superius livida longo tempore precedente significat idropisim asclitem vel empimam in diasma ¶ Debile urina ruffa in colore in substantia spissa superius livida et granulosa significat materiam remmaticam ad membra debilia descendentem et apostema facientem: puta sub axellis et in inguinibus et etiam in membris generativis: in quibus propter plurimam nervositatem viget sensibilitas doloris: et omnis dolor excitat reuma ut vult Galienus ¶ Si spumosa Alia regula urina subruffa in colore a media regione superius distincte lucens et quasi submeteria multum spissa vel spumosa in pleuresi precedente tussa intensa significat conversionem pleuresis in peripleumoniam Fit autem in urina subruffa propter translationem materie a loco sensibili ad locum quasi non sensibilem scilicet membrum flegmaticum videlicet pulmonem ¶ Pinguis ruffa parum Alia regula urina ruffa in colore in substantia spissa: magis tamen superius quam inferius opposita manui in superficie livida et oleagina cum ?iordibus et resolutionibus multo tempore precedente significat tertiam speciem ethice ¶ Commentum ¶ Ruffa parum Expeditum est de ruffo colore cum tenui substantia vel mediocriter tenui Nunc autem proponit regula de ruffo colore cum mediocriter spissa substantia quasi incipiente inspissari que sic colligitur Urina ruffa in colore mediocriter spissa in substantia superius obumbrata cum non pura et inequali substantia significat quotidianam de flegmate dulci Si autem sit subruffa manente eadem substantia significat abundantiam flegmatis dulcis sine febre Et distinguere scilicet quod illud flegma dulce licet mutatur

urina duobus modis s. substantia vel sui admixtione et tunc tamen fit illud flegma album et spissum
reddit eam s. urinam albam et spissam magis tamen albam quod flegma naturale et magis spissa
quam flegma salsum cum maiori humiditate participet quia qualitatibus sanguinis est
infectum Item flegma dulce immutat urinam ex qualitatibus suis et reddit eam ruffam et sub
ruffam et spissam pro mediocri calore suo eo quod mediocris fit ebullitio et ex mediocri ebul
litione contingit mediocris color Est spissa propter humiditate Est inequalis substantie quia non est
equaliter spissa per totum Spissa scilicet fieri perturbationes ex qua perturbatione generantur fu
mositates multe et ventositas cuiussa tamen urina dimelle impellit humores per urinam
et per idem fit inequalitas substantie tamen magis impellatur de humoribus in una parte quam in alia
impuritas substantie scilicet defectum caloris naturalis non valentis depurare urinam que sunt arri
demum dulcis flegmatis vel salsi in libro meo de sinthomatibus regiminis ¶ Paren pinguis
idest mediocriter spissa quasi remissa accedens ad spissitudinem aut incipiens inspissari ¶
Infra subsistens idest ruffa vel subruffa ¶ Russa patus tenuis. Alia ponitur regula
de ruffo colore tamen mediocriter tenui substantia vel mediocriter spissa que sic colligitur uri
na ruffa in colore in substantia mediocriter tenuis: vel spissa longo tempore lucida perseverans: in su
periori parte flegma salsum vel dulce in spiritualibus existens in pinguibus abundare
scilicet si mediocriter tenuis sit urina: sit de dulci flegmate si mediocriter sit spissa et
adsit febris: sit materia in spiritibus contenta Sed flegma salsum vel dulce in spiritualibus
existens ex calore eorum et motu ebullitionis corrumpitur facile ergo reddit eam per tota lucida
Sed lucidus illa propter colorem urine ruffe vel subruffe non est perceptibilis nisi sita manus
appositione et tunc dicunt hec accidentia concomitari s. tussis strictura pectoris et angustia respirandi
Si talis appareat in muliere hic color scilicet matricem perforatam a salso flegmate vel dulci
habet magis matrix communes meatus cum viis urinalibus et tunc adsunt quedam reso
lutiones que sunt quandoque nigre squamose et non est distinguendum de lucididate nisi tu
manus appositione Et adsunt etiam hec accidentia tamen materia in matrice coniuncta s. dolor in
dextro ypocondrio cum extensione et inflatione quadam ¶ Constans idest permanens
diu talis ¶ Quibus sunt spiramina idest membra spiritualia que deserviunt spirationi
¶ Probra moneta (idest vicium) matricis ex repletione superfluitatum Matrix moneta dicitur
methaphorice quia sicut super incudem moneta tunditur sic in matrice fetus moneatur Matrix
plenius oneratur ex flegmate salso ibi existente preter naturam et corrumpitur et redun
dans per venam concavam ad epar sanguinem inficit et per meatus urinales redundans ad ve
sicam urinam inficit et lucidam reddit ex sui admixtione Sunt autem meatus urinales co
niuncti et alligati matrici et tunc apparet quedam resolutiones quandoque albe quandoque nigre et s
quamose nec distinguuntur lucididas nisi apposita manu quia subruffo colore delitescit hec
accidentia dicunt adesse scilicet dolor sub sinistro ypocondrio cum extensione quadam et inflatione ¶
Si color est ruffus Alia regula de ruffo colore cum processus spissa substantia quam sic collige
urina ruffa in colore vel subruffa in substantia per totum spissa superius per totum obnubilata
et obscura sine lucididate quottidianam significat de flegmate naturali Item alia regula
urina ruffa in colore in substantia per totum spissa apposite manu in superficie lucida sine reso
lutionibus sufficientibus paucos tempore precedente significat minorem emitriteum fit autem
minor emitriteus ex colera putrefacta extra vasa et ex flegmate intra Et ex colera
debet urina colorari Sed ex flegmate debet discolorari ergo ex utraque in colore debet fie
ri mediocris s. subruffa et ruffa et est superius magis spissa propter assignatam causam
quam premisimus de urina significante quottidianam interpollatam de flegmate salso
lucida in superficie est propter corruptionem humoris et propter incidentem ebullitionem et quia
paucus est humor corruptus et propter urine ipsius ruffitatem non potest distingui lucididas
sine manu apposita Et habet accidentia debent concomitari s. frigiditas extremitatum ad horam
vespertinam et hoc propter coleram putrefactam extra venas cuius fit dominium a tercia hora
diei tunc a propriis motibus retardatur propter flegma putrefactum in vasis Et secundum
legem flegmatis et sunt in summo labore usque mane quia de utraque materia affliguntur et
tunc usque ad horam terciam sunt in summo labore: quia dum altera materia putrescit alia prepa
ratur ad putrefactionem: et a tercia hora usque ad horam vespertinam sunt in falsa quiete
quia tunc de altera affliguntur et tunc insurgit paroxismus Et in accessione iacet
oculis clausis et palpebris oppressis: nec oculos aperire nisi vocetur et hoc accidit propter
fumositatem resolutam: humiditate fumosa petente caput et relaxante palpebras
oculorum Non hoc latet sententiam ferrarii et plotearii et magistri Joannis de sancto pau
lo qui asserebant minorem emitriteum de colera intus putrefacta et flegmate extra
Sed eorum sine sunt dimittende Et petri musandini auctoritate sequimur ¶ Si
sit causa reterus Alia regula de urina ruffa in colore. in substantia per totum spissa

superius liuida et turbulenta in recenti causa pleuresim significat quam consequuntur
hec accidentia s. febris acuta dolor lateris pungitiuus: tussis indesinens difficultas inspi
randi Sed quare hec sint in regulis de urina significante materiam in spiritualibus decli
nimus dictum est Sed nota hanc differentiam inter urinam sequentem mineram emittentium et urinam
sequentem pleuresim Nam in pleuresi magis distinctam habet liuiditatem quam in minori emittente
Et in pleuresi non est tempus qui est in minori emittente ¶ Si vetus Alia regula uri
na rufa et liuida superius longo tempore precedente asclitem significat vel intiud empimatis
tum vitio dismie: vnde vero habeat liuere in asclite requirendum est in predicto ¶ De
bile Alia regula urina rufa in colore in substantia spissa superius liuida et granulosa significat
apostema in inguinibus vel sub assellis aut in membris genitalibus in quibus
propter plurimam neruositatem vergit sensibilitas doloris Ex dolore prouocatur impetus
Omnis magis dolor excitat reuma ut asserit Gal. ¶ Si spumosa Alia
reumatum
rea urina rufa subrufa in colore remissa in subrufitate: a media regione superius
distincte liuens et quasi subnigra multum spissa vel spumosa in pleuresi precedente
rufa intensa significat conuersionem pleuresis in peripleumoniam Fit autem subrufa per trans
lationem materie a loco sensibili ad locum quasi insensibilem per translationem s. ad me
brum flegmaticum s. pulmonem a medio superius est quasi liuida propter incidentem ebulitionem
et ex corruptione materie. et ex conuersione eius in saniem: cuius pars ad urinales
meatus ad venam coruinam transmittitur: et per urinam purgatur que ebulitio temperata
et purgata et a spiritu impulsa superficiem vasis petens reddit eam talis coloris Sub
nigredo est ex resolutione partium pulmonis Pulmo enim est quasi subnigri colore
Spumosa est ex motu pulmonis assiduo ¶ Pinguis Rufa parum Alia regula urina
rufa in colore: in substantia spissa magis tamen superius quam inferius apposita manu in super
ficie liuida et oleagina cum remoidibus resolutionibus longo tempore significat terciana spem
ethice longo tempore procedente. ideo additur quia febris hec cum sit habitudinalis non
aduenit nisi cum longo tempore talis color fit ex colore membri ex quo cum fiat aliqua
ebulitio in membris talis protenditur color Et appareat liuida fit ex corruptio
substantialis humiditatis Et appareat oleagina fit ex pinguedine a membris reso
luta et in urina super natante Sed non potest distingui unctuositas vel liuiditas nisi
manus sit apposita propter paucitatem ipsius pinguedinis et propter rufum colorem ipsius
urine Crinoides resolutiones sunt ex calore infixo membris et eorum parte
dissoluente hec accidentia concomitantur s. calor continuus propter continuam distemperantiam
membrorum sed tamen lentus: quia non fit ex materia sed ex humore Calor in nodis
manuum et pedum ex colerica fumositate procedente a spiritualibus Rubor genarum
ex colerica fumositate eas inflamante dolor sinistre spatule quia cum sit alligata cum
spiritualibus quasi contrahitur. et desiccatur soluitur ergo continuitas et fit dolor tussis
vatia quamuis fit tussis sicca propter siccitatem quamuis humida ex aliqua superfluitate coten
ta in spiritualibus Macies totius corporis ex calore membris infixo consumente membra et dis
soluente vngues aut attenuantur ex reuerberatione vaporum. vnde in medicina appellantur
et in lateribus constringuntur lutea plana est ex porcorum declinatione ¶ Pinguis non
unctuositate sed spissitudine pinguis magis in hac facultate equiuocatur ¶ Continues
non quamlibet sed quottidiana de flegmate naturali ¶ Reumatica sicut in apostemati
bus ¶ Empima idest sputum saniosum ex emoroide precedente ¶ Morbus lateris
s. idest pleuresis ¶ Peregemat idest transferri significatur ¶ Crinis que sunt
s. crinoides resolutiones In tractatu de colore sufficienter diximus ¶ Febris ethi
ce Quantum ad terciam spem **De colore rubeo**

Clarent rubens rubeum: duplice: vel epar calefactum
Quartanamque potest insinuare typum
hec: mora: vel breuitas: rubeus: tempus: status: etas
Hec probat inspiciens passio forma locus
Vt stabili pede vadat sententia sunt hec
Omnia iudicio discutienda tuo

¶ Hic de colore rubeo
Rea urina in colore rubea
in substantia mediocriter tenuis
obumbrata superius et magis
spissa quam inferius significat du
plicem tercianam Et tunc ista
accidentia concomitantur s. dolor
capitis maxime in dextera

ra parte ubi est diuinus colore sitis amaritudo oris tinnitus aurium Et est notandum
secundum diuersitatem subiectorum in urina habet varias et diuersas significationes quia
urina liuida in iuuene et colerico simpliciter significat terciana in puero cotidianam
¶ vel epar eadem urina rubea et clara ex longo processu temporis apparens et febris
non adsit calefactionem epatis significat Typum et quartanam notamus Et omnia ista decer
nuntur per conditiones considerates sunt ostenduntur in sequentibus vnde quando est simplex

terciana tunc urina magis debet esse tenuis Sed in duplici debet esse urina magis rubea et su
perius magis spissa et quasi accedens ad subnigredinem ¶ Hec nota idest quia si tempore lon
go vel brevi laboraverit infirmus possumus discernere secundum quatuor circumstancias dictas urine
patiatur febrem vel epatis calefaccionem: vel quartanam Sit quod cum quis in modico tempore labora
verit urina tali per longum tempus perseveratie tunc significat aut distemperanciam epatis in caliditate
aut quartanam febrem Sed distinguitur sic quia ex calefaccione epatis urina est superius
obumbrata cum quadam spuma crocea: viridi vel subnigra Sed in febre quartana ista de
ficiunt ¶ Nubes scilicet si urina sit tenebrosa et nebulosa in superiore parte tunc duplex
terciana: vel epatis calefaccio indicatur ¶ Tempus scilicet tempus anni quia si sit estas signi
ficat tercianam vel calefaccionem epatis Si vero hyemps vel autumpnus quartanam ¶ Status
scilicet complexio quia in colerico corpore significat talis urina tercianam simplicem in melancolico et flegmatico
duplicem tercianam ¶ Etas si puer significat continuam si iuvenis tercianam simplicem
si senex duplicem ¶ Passio utrum de 3o in tercium vel de 4o in quartum ad quartanam
vel utrum cum typo vel sine typo quia si cum typo interpollata significatur si sine typo
continua ¶ Forma habitudo corporis scilicet si pinguis carnosus vel macer ¶ Locus scilicet regio
calida vel frigida vel ¶ Locus scilicet utrum in dextro ypocundrio vel sinistro ¶ ut stabili
medicus qui sapienter et secundum veritatem vult iudicare: ut suum iudicium firmum sit et verum
debet singulariter considerare omnes istas condiciones sicut dictum est ¶ Commentum clarum
bene In hoc textu ponuntur regule de urina rubea cum tenui substancia et cum spissa et
cum mediocriter spissa vel mediocriter tenui urina ergo in colore rubea in substancia medio
criter tenuis superius obumbrata et magis spissa quam inferius terciana duplicem significat
Talis color fit ex intensione caloris et ex rubeitate humoris coloris et talis substancia fit ex
spissitate, hec ergo debent esse acuta vel synocha scilicet dolor capitis in dextra parte ubi
est domus colere sitis amaritudo oris acuitas tinnitus Sed talis urine significacio varia
tur propter diversitatem subiectorum sicut dictum est de urina russa In colerico namque et
in iuvene si talis urina appareat significat tercianam simplicem in flegmatico in melanco
(lico) sene et mulieri in novitate cause talis ostendit tercianam simplicem significat in proces
su continuam ex longo processu temporis ut circumscripta febre significat calefaccionem epatis talis etiam
designat quartanam notham Et hec omnia a parte distinguuntur circumstancias solum inspecte
¶ Clara idest tenuis ¶ Rubens scilicet in colore ¶ Tercianam duplicem idest tercianam
duplicem de materia colerica in duplici loco putrefacta simplicem etiam significat et tunc
magis debet esse tenuis quando una et singularis materia putrescit: sicut colera: unde non est
tantus impetus ebullicionis Eadem significat duplicem tercianam de duplici materia collecta in du
plici loco putrefacta quod discretos accessiones habet cotidie quibus invadit pacientes Sed
diminus in tercium gravius si confusas habet materias more terciane simplicis affligit
Sed quomodo significat insultum propter putrefaccionem duplicis materie et eadem signa sunt
in simplici sed tunc debet esse tenuis quia una et singularis materia putrescit unde non
est tantus impetus ebullicionis In duplici autem urina magis debet rubescere et magis
superius inspissari et quasi ad subnigredinem accedere ¶ Mora temporis idest ut si longo tempore labo
raverit egrotans inde medicus respondere potest aut febrem aut epatis calefaccionem aut
fe 4 Nam si de novo inceperit laborare et talis appareat de febre terciana pre
sumendum est Si enim longo tempore laboraverit et ex longo tempore talis perseveraverit
presumendum est de distemperancia epatis aut de febre quartana Sed distinguitur
quia ex distemperancia epatis debet esse obumbrata in superficie: et spumosa cum quadam
croceitate vel subnigredine: vel viriditate de qua primum dictum est in mensione
dum autem quartana habet se ab utraque ¶ Nubes idest nebulositates et tenebro
sitas in superficie quantum ad duplicem tercianam vel epatis calefaccionem ¶ Tempus
idest anni ex quo morbus potest discerni Nam si estas fuerit talis significat tercianam vel
epatis calefaccionem Si hyemps vel autumpnus quartanam ¶ Status quantum
ad complexionem quia res est subalis et quod stante subiecto evanescere non potest in colerico namque
corpora talis ponimus significat tercianam simplicem in melancolico et flegmatico dupli
cem ¶ Etas ut si sit puer vel iuvenis sive senex ¶ Passio scilicet utrum de tercio in ter
cium vel de quarto in quartum et utrum cum typo vel sine typo pariatur ¶ Forma
scilicet quantum ad habitudinem corporis scilicet utrum sit macilentus paciens vel pinguis
vel carnosus ¶ Locus scilicet utrum in calida regione vel frigida vel ad regionem corpo
ris potest referri scilicet utrum pariatur in dextro ypocundrio vel in sinistro ¶ Sentencia
idest diffinitiva ¶ Stabili pede idest immobili et recto iudicio ¶ Hec omnia
idest hec omnes circumstancie que dicte sunt o in medico sunt discuciende

De colore rubeo cum substancia mediocriter spissa

Turbida spissa patens rubeo perfusa liquore
Continue febris noticia certa datur
Si summum vitrum obtineat vel livida nubes
Portendit medium: plenitesisque malum
Spissa: rubens sinochum: si summum livor obumbret
Spissa rubens sinocham: dempto livore signat
Causonide: si plus tenuis quam spissa tenetur
Sinochidem causon subtilis et ignea monstrat
Certior est testis rubicundi forma coloris

¶ Expositio ¶ Turbida hic agitur de colore rubeo in substantia spissa mediocriter copulato: et ponit plures regulas prima regula Urina rubea in colore in substantia spissa significat tertianam continuam ratio huius redditur in commento ¶ Si tenui Alia regula de colore in substantia mediocriter spissa urina in colore rubea in substantia mediocriter spissa in superiori parte viridis significat emitriteum medium: et si livida sit in superficie significat plenitesim et medium emitriteum Et est medius emitriteus ex colera putrefacta intra venas continue bulliente et ex flegmate putrefacto extra in medio emitriteo viriditas non distinguitur in urina sine maiori appositione sed in plenitesi bene distinguitur (Sed quid est plenitesis: est collectio facta in concavitate costarum et diafragmatis: et fit sepius ex humoribus calidis et acutis Et ideo dixit Ypo acutorum excitantes etc. ¶ Spissa rubens In illa parte agit auctor de colore rubeo vel subrubeo coniuncto cum substantia spissa vel mediocriter spissa vel mediocriter tenui Isti enim colores in quibusdam sunt uniformes in aliquo Hec est regula Urina in colore rubea vel subrubicunda in substantia spissa et turbulenta: livida superius et in respirando ac si fetida: tunc significat sinochum Sinochus hoc fieri ex sanguine peccante in qualitate Rationes in commento redduntur Spissa rubens sinocham Alia regula urina in colore rubea vel subrubicunda in substantia spissa et turbulenta absque lividitate et fetore: significat sinocham Est autem sinocha ex sanguine peccante secundum quantitatem et differentiam inter sinochum et sinocham habetis per hoc quod quidam versificator ¶ Sinocha de multo: sed sinochus ex putrefacto Notandum est quod sinochus tres habet species scilicet febrem homotenam augmasticam et paugmasticam: ut scribitur a Galieno 2 de differentiis febrium et ponit sinochem pro sinocho non faciens vim de nomine Et ideo notandum est quod secundum quod diversificantur species sinochi secundum hoc fit diversificatio in urina quia in homotena urina apparet uniformis in colore et in sua substantia et a principio usque ad finem in sua materia perseverat In paugmastica ipsa urina apparet in principio ipsius febris rubea vel subrubicunda postea urina procedit semper remittendo: et de malo ad bonum secundum quod ipsa febris procedit semper meliorando a principio usque ad finem In augmastica secundum quod ipsa febris procedit crescendo et augmentando ita etiam et urina Et nota quod hic traditur quedam regula generalis de urina Quotienscumque urina apparet rubicunda et subrubicunda in substantia spissa: si postmodum clarificetur in superiori parte bonum signum est et signum salutis quia ratio huius habetur in commento Si vero clarificetur in parte inferiori et attenuetur et superius remaneat spissa malum signum est et mortis et significatur quod superius inspissetur materia rapitur ad cerebrum Et in hoc sepius medici decipiuntur credentes contrarium veritati

¶ Causonide Alia regula de urina significante causonidem Quotienscumque videbis urinam in colore rubeam vel rubicundam et in substantia sua magis appropinquat ad tenuitatem quam ad spissitudinem tunc causonidem indicabis Causonides est febris continua ex duplici materia composita principaliter composita ex colera secundario ex sanguine et ideo urina est magis tenuis quam spissa ¶ Sinochidem alia regula per contrarium ipsius quod urina rubea vel subrubicunda in colore propinquans magis ad spissitudinem quam ad tenuitatem significat sinochidem Et est sinochides febris continua ex duplici materia composita principaliter ex sanguine secundario ex colera quare ipsa magis accedit ad spissitudinem quam ad tenuitatem ¶ Causon subtilis Alia regula de urina significante causonem Urina rubicunda vel subrubicunda in colore in substantia per totum tenuis lucens sicut ignis significat causonem Causon est febris continua acutissima Et hoc fieri ex colera rubea putrefacta in venis propinquis venis orificii stomachi epatis pulmonis et splenis Et ideo dicitur causon caumate ¶ Commentum Turbida spissa hic ponitur regula de rubeo colore cum mediocriter substantia spissa quam sic collige Urinam in colore rubeo cum in substantia mediocriter spissa per totum turbulenta ac in pura et inequali substantia continuam tertianam significat Talis color rubeus fit ex colore colere rubee quia ex sua bullitione et rubeitate sufficit ad clarificandum et rubificandum urinam et quia urina turbida est per totum ex perturbatione et ebullitione facta in vasis et quia per ebullitionem fit parvum inspissatio aliqualiter cum ergo vasa illa sint ampliora: et per partium largiores spisse ergo partes calide et subtiles cum urina emittuntur quia urina perturbatur: et est urina impura et inequalis substantie ¶ Turbida idest

turbulenta ¶ Spissa parum idest accedens ad spissitudinem ¶ Si summum. Alia ratio
ponit de colore rubeo cum eadem substantia quia si fuerit rubea cum fetore substantia in superficie
sine viridi significat medium emittere. Si autem livida fuerit in superficie significat pleuresim
in modicum emittit propter coleram inter vasa continue ebullientem et ex flate ex
nimia fit ebullitio vel adustio. Remissa ergo colera cum urina cum sit adusta et leni
gata ad urine superficiem tendit et tunc reddit viridem. Sed cum sit pauca non disting
uitur viriditas nisi cum manus appone. Si autem luceat sine manus appone vel
precedat livorem in superficie distinctum significat pleuresim que dicitur collectio
facta in commissura costarum et diafragmate et sepius de calidis et acutis humoribus a
vel propter accidentis ... non valde pleuretici sunt. Pro colore ergo et acumine mate
rie et quia collectio est in membris calidis et valde sensibilibus et quia sunt in motu
continuo natura illa maxime ebullit et adurit. Per tamen ergo vene ... concava
per urinales meatus in multa quantitate admiscetur urine et reddet eam viridem quia
quia adusta est et lengata petit superficiem et reddit eam viridem et quia multa est
materia adusta apparet viriditas sine manus appone vel etiam lividitas ubi non est
tanta causa intensionis ¶ Summum idest superficiem ¶ Medium idest emittere
¶ Pleureticum malum idest pleuresim cum distincta lividitate vel viriditate ¶
Spissa rubens. In hoc capitulo agit de colore rubeo et rubicundo vel subrubicundo communiter
sub uno capitulo secundum congregationem spisse substantie vel mediocriter spisse vel mediocriter tenuis. In
quibusdam enim sunt omnes isti colores uniformes in iudicio. In primo ergo ponit
ratio de rubeo vel rubicundo colore cum spissa substantia quasi potest colligere urina ru
bea vel subrubicunda in colore aut substantia spissa et turbulenta si fuerit livida in su
periori parte et cum fetoris respiratione et quedam pravus odor a vase exalet
sinocham significat. Ratio talis est in colore provenit ex calore et colore rubeus sanguinis. San
guis enim cum sit calidus et rubeus vergens ad impuritatem non sufficit ad de
purandum urinam. Quia est spissa hoc est ex humiditate sanguinis cum spiritum est inspis
sare. quod est livida hoc fit ex admixtione putridi sanguinis. quod est fetida fit ex cor
ruptione sanguinis eius. Sinochus est febris continua ex sanguine putrefacto in ve
nis. Dicitur autem sinochus quasi cohabens i. simul habens omnes causas ad continuitatem
concurrentes que sunt tres. Prima est continua caloris ebullitio et putrefactio. Se
cunda est continua putride fumositatis ad cor respiratio. Tertia est impuritas sangui
nis. Iste tres cause in nulla febre ita specialiter sunt adiuncte sicut in sinocho et ideo ab
illis denotatur ¶ Spissa rubens sinocham. Alia ratio urina rubea vel subrubicun
da in colore in substantia spissa et turbulenta et sine lividitate et fetore sinocham inflativam
significat. Fit autem sinocha ex sanguine abundante vel preambulante secundum quantitatem et non
secundum qualitatem et est species febris effimere licet fiat ex humore. Quia rubea vel ru
bicunda est accidit ex qualitatibus sanguinis ut iam dictum est. Quia fit sine livedita
te et fetore fit quia non est sanguis corruptus neque putrefactus cum admixtione de
beat livor vel feditas innasci. Et notandum est quod cum sinochi sunt species tres scilicet
epaugmasticus augmasticus et homotenus secundum varietatem specierum variatur dispositio urine
In epaugmastico enim apparet rubicunda vel rubea a principio cum aliis signis postea appa
reat rubea vel subrubicunda postea ab intensione ad remissionem ut fiat mutatio in uri
ne de malo ad bonum ut sicut decrescit et declinat febris ab acuitate principii sic et in uri
na declinat intensio caloris. In augmastico vero contrarium accidit. In homoteno apparet urina
uniformis caloris et in sua malitia perseverat a principio usque ad finem prout febris uniformi
tas deposcit. In hoc autem capitulo hanc methodum et quasi generalem accipe traditionem
Quia quecumque urina rubicunda vel rubicunda in substantia spissa si postea in superficie incipiat
sincerari et quasi clarificari ita illa turbulentia et quod spissitudo incipiat residere bonum
signum est et salutare. Per hoc enim quod apparebat urina per totum spissa et modo incipit
depurari superius per hoc significatur quod motus ebullitionis iam cessavit que ebullitio prius
existens in corpore humores perturbabat et partes urine secundum uniformem spissitudinem
confundebat. Si autem superius in spissitudine perseverat vel spissior appareat vel turbulen
tior. inferius autem attenuetur vel clarificetur mortale signum est. Significat autem rap
tum morbi ad superiora unde timendum est de frenesi aut litargia aut mania. Unde contin
git quod artifex imperitus cum videat urinam in principio spissam et postea inferius atte
nuari deluditur iudicans convalescentiam cum potius morbus contra naturam convalescit
tat ¶ Sinochum idest putridum ¶ Sinocham idest inflativam de puro sanguine et
sinocho significat accensio. Secundum constantinum accidentia morbi sinochi sunt hec scilicet dolor
capitis infixus et a profundo emergens generatur rubor inflatio venarum et maxime

urea spiritualia · et oris ventriculo ¶ Causonidem Alexandrinus etiam de rubeo colore et rubi
cundo cum mediocriter tenui substantia et cum mediocriter spissa · quam sic collige urina in co
lore rubea vel rubicunda in substantia: magis accedens ad tenuitatem quam ad spissitudinem
causonidem significat. Est est causonides febris composita continua ex duplici materia ex diversis
generibus: ex colera scilicet principaliter: et ex sanguine secundario. Unde magis accedit ad te
nuitatem quam ad spissitudinem ¶ Venersa sinochus Item alia regula per contrarium procedit est
posita urina namque in colore rubea vel rubicunda magis accedens ad spissitudinem
quam ad tenuitatem sinochidem significat idest febrem continuam compositam principaliter
ex sanguine secundario ex colera. Unde magis ordinatur spissitudini quam tenuitati Sin
tu sinochum ... mixta propter admixtione sanguinis et colere: ut dominantes humoris
accidentia dominantur et contrarii forte inter nuptione commentum ¶ Causon subtilis Alia
regula urina rubea vel rubicunda in colore in substantia per totum tenuis lucens veluti ignis
causonidem significat. Est autem causon febris continua acutissima ... dicta et fit ex in
tensi colera rubea putrefacta in subtilissimis venis oris stomaci epatis pulmonis et sple
nis. Talis color est ex calore et ebullicione ipsius materiei que putrefacit. Longis valde ca
lidis. Est autem tenuis et valde lucens velut ignis · quia tunc illa vasa nimis sunt angus
ta non resudat ab eis nisi quod subtilius est et liquidius · quod commixtum urine eam reddit
tenuem et igneam Hec accidentia concomitantur · scilicet vehemens dolor capitis ita quod pati
enti videtur quod frontem sui clavi infigantur Hoc autem accidit propter violentam fumositatem
et coleram a materia resoluta que petens cerebrum et eius proprie ... unguibus digi
torum infecti sunt colore lurido aut viridi Si multa et feculenta significat rupturam aposte
matis in aliquo membro nobili ut epate · unde substantia membri dissolvitur et per urinam ex
pellitur · unde in proximo mors est ventura Talis etiam urina significat ictericiam ex colera
prassina vel eruginosa. Et nota quod tres sunt species ictericie et habetur in commento ¶
Ista eadem urina in febre acuta apparens significat spasmum ex inanitione ¶ Ista
spasmum Ista cadem urina in febre acuta ... significat maiorem ... et ita magnum periculum minatur ¶
... Ista etiam urina significat similiter in ultimo morbo mortificatoque et calorem extr
emum naturalis. Ultimo sequitur de nigro colore. Et quia superius in primo ... determinatum est
ideo hic non oportet reiterare. Et ista sufficiant de coloribus. Et sic terminata est prima pars
principalis ¶ Commentum ¶ Agriarum et post inopos et kianos hos colores sumptos ore
omnes convenientes agitur de viridi colore. Viridis color in urina signum est adustionis
adustio vero triplici clauditur termino solet primo medio et completo. In adustionis principio fit
primo urina kianos quadam superius lividitate perfusa. In medio fit viridis: et indicat
dominium colere prassine vel eruginose. In complemento denigratur. Urina ergo in
colore viridis quandoque est multa: et quandoque est pauca viridis et pauca mortem
significare. Et maxime si color viridis vel lividus vel nigri vergens digitorum infe
terminum quandoque est viridis et multum male olet et multa et feculenta et significat
rupturam apostematis in aliquo nobili membro ut in epate. Unde substantia ipsius membri
dissolvitur: que dissoluta cum urina emittitur. Unde in proximo mortem debes nunciare
futuram. Talis etiam urina in colore viridis ictericiam pretendit ex colera prassina
vel eruginosa: que sui levitate diffusa ad superficiem corporis cutem inficit et ictericia
inducit viridem idest agriarum ... que sic a viridi mustela nuncupatur
Viridis urina inopos vel kianos appareat: sine febre tunc non minatur tantum peri
culum tunc significat apostema in epate: vel in renibus vel rupturam vene. Talis Si rup
turam talis vene tunc dolor maximus sentitur in 7 spondili computando ab infe
riori parte et tunc urina in fundo magis apparet feculenta. Talis etiam urina inopos
vel kianos potest significare idropisim · si appareat spissior in media regione. Talis etiam
urina potest significare apostemata epatis vel renum vel pleuresim vel peripleumonia
... et hec per signa propria distinguuntur et sufficienter traduntur in commento ¶ Aut stati
vase Alia regula Talis etiam urina inopos vel kianos in mulieribus apparens aut ap
paret et cum febre aut sine febre · si sine febre tunc significat corruptionem menstruorum et ...
... est suspecta talis urina Si vero cum febre tunc sine dubio summum periculum mina
tur et magis etiam quam in viris ¶ Talem disponit Alia regula etiam urina que
doque apparet in sanis ratione saltus: aut etiam ratione multi coitus aut cursus et
magni laboris et inmoderati et hoc scitur per indicia parentum ¶ Nec est de
generans Dicit auctor hic quod urinam in colore kianos est eadem et uniformis indicii et
significationis cum colore inopus sicut dictum est ¶ Commentum Si color post trac
tatum rubei coloris et rubicundi continuat auctor capitulum de inopos et kianos
coloribus · sunt enim uniformis indicii et eiusdem considerationis. Est autem inopos
color sicut communiter qui vergit ad nigredinem · ut est vinum quod venit ex calabria. Kianos

vero profundiore scilicet nigredinem et etiam multiplicem colorem quia urina in parte rubicunda
in parte nigra in parte livida vel viridis apparet Talis autem urina inopos vel kia
nos in acutis febribus et paucis pessima est et mortis significativa Iudicat enim sintho
mata morbi esse ultimata quod ultra ultimatum non possunt manere suba unde si prius appa
reat rubicunda vel subrubicunda et deinceps inopos vel kianos talis processus periculo
sus pessimum est et mortis signum Solet igitur talis apparere in mulieribus sine febre
propter menstruorum eruptionem et tunc magis spissa et pinguis et feculentior in fundo ap
parere consuevit Unde huiusmodi urine magis suspecte sunt in viris quam in mulieribus nisi
talis in mulieribus appareat patientibus febres acutas quia preter febrium non propter
eruptionem menstruorum tunc enim consimilis (similiter) periculum magis etiam quam in viris
quanto sunt a natura remotiores Item talis urina apparet in ruptura alicuius vene
unde maximus dolor sentitur in septima spondili facta computatione ab inferiori tunc
urina in fundo feculentior apparet Est autem in medio maximus honor tunc per talem urinam
in tali loco veraciter potest pronosticari eruptionem predicte vene talis Et nota quod talis urina
quando spissior in media regione apparet tunc ydropisim potest significare Et sic distin
guitur quia si fuerit quasi sanguinea colorata significare potest Si vero magis livida vel
livida leucofinica nec tamen ex hoc signo precipitanda est sententia de ydropisi Temeritatis namque
et preceps discretio artificem devenustat et eius tuborem minuit Item talis urina apostema
epatis aut pleuresim vel pisthemonia vel apostema renum significare habet vel in
durata Et distinguendum est per alia accidentia et est requirendum utrum patiens punctura
in dextro latere vel in sinistro latere angustiam etiam anhelandi pondus et gravedinem
etc. teneas significat Apostema epatis secundum plures autores distinguitur a pleuresi quatuor
modis secundum alexandrum Fit enim in dextro latere unde necessaria est distinctio Pa
est in pulsus Nam in epatis apostemate corpus est magis coloratum et colore mixto
magis per mansimo Sed in apostemate spiritualium semper minus est coloratum et pre etiam
colore magis momentaneo In epatis apostemate tussis est sicca quia materia eius est
subdiafragmate Sed in pleuretico tussis secundum omnes est semper humida quia materia est in
spiritualibus supra diafragma et de facili emittitur Item dolor maior est et etiam punctura
in pleuresi et hoc fieri scilicet propter loci et diafragmatis sensibilitate que fit ex nervis
In apostemate etiam epatis dolor est potius gravativus cum non sit epar nervosum Ex
his quatuor dictis supradictis differentiis quandoque superadduntur alie sex dicte que
habentur ex quadam epistola ipsius Gallieni ad Glauconem medicum Et prima est quia
apostema epatis acutum est ad modum quando luna est in concavitate Sed in pleuresi
est rotunda forma Secunda quia in apostemate epatis sanguinolente solent esse egesti
ones ex incontinentia epatis generate et resudatione epatis sed in pleuresi non sic conti
git Item et tertio ex signa corporis distinguitur Nam in apostemate epatis corpus
est valde et multum extenuatum Sed in pleuresi non tantum est corpus extenuatum
Item et quarto pleureticus melius cubat super partem dolentem propter locum vacuum Et quia
apostema non comprimitur a stomacho et intestinis Sed in apostemate epatis non bene
cubare potest patiens supra partem dolentem quia tunc pars que dolet comprimitur
et a stomacho et ab intestinis unde sequitur multo maior dolor Item a quinto secundum locum dis
tinguuntur quia pleuresis scilicet fieri in utroque latere Sed apostema epatis fieri scilicet tantum
in uno latere scilicet dextro Item et sexto discernitur etiam secundum urinam ut dictum est in
antecedentibus Et hic habemus decem differentias istorum apostematum iam dictorum Item re
deamus ad secundam differentiam predicte urine Talis ergo urina precedente sanguinis fluxu
anhelitu vel orthomia supertinis aliquantulum livida circa primam secundum alios kadem urina si
septima scilicet roceam nimiam epatis calefactionem significat et ictericia que si ante sep
timam diem in acuta febre supervenerit signum est pessimum Fit etiam ex incontinentia mate
rie que in sinthomate crumpens per totum corpus diffusa quasi ab interioribus fluctu
ando ad exteriora diffunditur et similiter assecta cute secundum se inficiendo ictericiam
inducit Sed si vi nature expellitur non potius et post septimam diem ictericia supervenit
morbi determinatio fiet Talis etiam urina multotiens apparet in sano corpore ex sal
tu propter rupturam vene in renibus vel in vesica aut propter resudationem sanguinis ex ra
refactione vasorum propter immoderatum motum vel coitum vel laborem nimium ¶ Causticus
humor idest collectus ad apostema faciendum ¶ Kilis idest vena spine adiacens
¶ Ant facto vase idest vena aliqua etc.

De colore viridi viridi

Agitatum: spasmum maiorem: demque morte
Iudicat urina prassino tincta colore:

¶ Expositio ¶ Agrauat postquam determinatum est de colore inopos et kianos hic agit de colore viridi. Iste enim color viridis in vrina signat adustionem. Et adustionis tres sunt termini scilicet principium medium et complementum. In principio adustionis apparet vrina in colore kianos. In medio viridis et signat dominium colere prassine et eruginose. in fine adustionis vrina ergo viridis in colore apparet quandoque multa quandoque pauca. Si pauca viridis mortem signat in trugas extendens cerebrum flagellat. Adest sitis immoderata que nullo potu quiescit et hoc est propter nimiam siccitatem colere ob stomachi adurentis quandoque est ingredo lingue propter adustionem. Et est nimius calor ex eadem colera causa est insompnietas ex desiccatione cerebri sompnia lampadarum et corporum ignitorum ¶ Renersa i. contrario disposita ut sit spissa magis quam tenuis ¶ Certior est teste quia cum sit intensior magis insinuat incendium materie

De colore inopos et kianos

Si color est inopos fert detrimenta salutis
In febre continua. minus est sine febre verenda
Nam renes: vel epar succendit cinisque humo
Aut est rupta chilis: aut fracto vase refundas
Menstruus eluitur mulieris corpore sanguis
Talem disponit insano corpore saltus
Aut nimius coitus: cursus: labor immoderatus
Vel est degenerans kianos a lege prioris

¶ Expositio ¶ Si color est inopis postquam dictum est de colore rubeo et rubicundo hic consequenter agit de colore inopos et kianos et isti duo colores eodem modo indicantur. Color inopos est sicut vinum nigrum. Sed color kianos magis profundatur sed in precedentes et ceteros multos colores: quia in vna parte est rubicundi coloris et in parte nigri et in parte liuidi vel viridis. Regula vrina in colore inopos vel kianos in acutis febribus. et precipue acutis pessima est et mortem signat quia significatur sinthomata egritudinis ita esse vltimata: quod plus vltimari non possent: manente substantia. vnde si primo appareat rubicunda vel subrubicunda: et postea inopos vel kianos sine dubio malum signum est et mortale ¶ Minus est sine febre. Alia littera. Si tales sunt igitur tres species ictericie. scilicet ictericia viridis modo dicta. ictericia nigra que per melancholico dicitur a melon quod est nigrum et chiros quod est manus vel chiros quod est humor. Et ictericia citrina que generali vocabulo vocatur restricto a specie ictericie: ictericia nuncupatur. Item vrina viridis in se acuta appensis signat spasmum ex inanitione propter consumptionem humiditatis substantialis ratione predicta. Eadem vrina maiorem emittitur signat et ideo valde periculosa est ¶ Agrauat idest ictericia viridis ¶ Spasmum ex inanitione ¶ Maiorem scilicet emittitur ¶ Demum idest ad complementum malicie ¶ Mortem idest mortificationem nature et extinctionem caloris naturalis deficiente fomite naturali ¶ Prassino idest viridi prassium nam in arthibus dicitur et tunc colera prassina dicitur: et est sensus ¶ Prassino tincta colore idest confecta mixtura viroris eius facta ex colera prassina vel virore emulo colori prassii. Et hic tractatus terminatur de coloribus. Post viridem sequitur niger color. Sed de illo expeditum est in principio capitulo de coloribus.

Incipit tractatus de contentis Et est secunda pars principalis

Sepius artificem deludit forma coloris
Et fraudat plerumque fidem censura liquoris
Est in contentis certa lux: discretio certa
Judicii constans regula. vera fides
Cetera postpones nature conscius auctor
Hunc ypocras veri summa firma trahit
Nunc contentorum seriatim forma notetur
Ut proprios teneat significata modos

¶ Expositio ¶ Sepius hic incipit 2a pars principalis huius libri et continuatur hoc modo precedenti parti determinatum est de vrina considerando colores et substantias vrinarum hic vero determinatur de contentis vrinarum. vnde sententia istorum duorum versuum est ista multotiens color ipsius vrine et substantia eius deludunt medicum et decipiunt ipsum quia causa est quia color et substantia vrine multotiens apparent. nec illi humori qui est causa egritudinis attestantur quia color cum sit accidens superficiale faciliter recipit alterationem. et substantia vrine quando cum debeat tenuis apparere apparet spissa et cum spissa apparet tenuis propter strictura vel largitatem pororum et viarum et etiam propter degestionem materie et indigestionem ¶ Est in contentis Sed ex inspectione contentorum habetur certum et verum iudicium de infirmitatibus. Et causa est quia contenta aut continentur in ipsis membris: aut sunt particule corrumpentes. et ita habetur iudicium magis certum et firmum ¶ Cetera postponens hic probat auctor auctoritate

benedicti ypo[cratis] qui in libro pronosticorum rarissime commemorans substantiam et colorem urine
de ipsis contentis doctrinam tradit. nunc de furfuribus nunc de crinoidibus nunc de squa
mis ¶ Comentum ¶ Sequitur artifice) Executa prima particula sui operis in qua si qua
egit de urinis secundum congnationes colorum et substantiarum aggreditur autor secundam
particulam in qua distinguntur de contentis: quorum inspectio fidelis est ad discernendum
habitudines interiorum membrorum magis quam colores et substantiales Color enim vel substantia
multotiens aliunde detinatur: nec humorum attestatur que est causa egritudinis Co
lor siquidem umbratile accidens est et superficiale ideoque cito evanescit propter quia
cumque corporis alteratione immutatur etiam substantia urine propter potorum constrictionem
vel largitatem et propter digestionem materie vel indigestionem unde debet esse spissa substantia
quandoque attenuatur et cum debet esse tenuis inspissatur Sed ex diversis contentorum acci
tibus eligitur iudicium de passionibus corporum Contenta siquidem in urinis: aut sunt
contenta in ipsis membris aut sunt particule corporum membrorum. ideoque firmiorem habet
consistentiam et significationem Quod autem fideliora sint iudicia contentorum probatur
auctoritate ypo[cratis] dicentis in pronosticis et in amphorismis quadam regulari constitu
entis doctrina: qui potius contenta commemorat quam substantiam et colorem nunc de furfuribus nunc
de crinoidibus: nunc de pilis: nunc de spumis: nunc de sangwine: nunc de sanie: nunc de globis
interserendo: rarissime vero commemorat substantiam et colorem: quia ea magis deludunt artificem
quia superficiale accidens est: et a subtilioribus inest partibus: que cito evanescunt ab intrinse
cis et substantialibus: que firmius in composito perseverant sicut videri in rosa quam sua ros
eitate cito viduatur vel in aqua fervente ponitur: vel in sulphurea suffumigatione ¶
Censura idest iudicium ¶ hypostasis idest subest In pueris enim urina debet esse spissa: propter hu
miditatem etatis et tamen tenuis apparet propter strictitudinem meatuum quam opinatur ¶ defraudat
fidem idest decipit ¶ Nature idest naturalis causarum: sub quibus comprehendimus quinque
a lemorum globo inferius continentes ¶ Cetera idest colorem et substantiam ¶ postpones
idest tanquam inutilia ad iudicia reputans respectu contentorum ¶ hinc scilicet a contentis
¶ Vel contentorum Postquam iudicii prerogationem de contentis adduxit secundum dogma ypocra
tis agit auctor ad ponendum contentorum numerum ¶ Seriatim idest ordinate non
a serio sed a serie ¶ Significata scilicet contentorum ¶ Modos idest diffinitiones

Enumerat contenta

Circulus: ampulla: granum: nubecula spuma
Pus: pinguedo: chymus: sanguis: arena pilus
Furfura: crinoides: squame: partes athomose
Sperma: cinis sedimen: spus alta petens

¶ Expositio ¶ Circulus hic egi
dius enumerat contenta in
urinis apparentia: et secundum istum
ordinem enumerationis de
terminat de hiis in sequenti
et primo de circulo ¶ Comentum
¶ Circulus Nunc enumerat
auctor contenta secundum ordinem et eodem ordine mandabit executioni de his quam in
hiis 4 versibus enumeravit Et singulorum executione declarat et primo de circulo

De circulo tractat

Spissus in urina si circulus est et aquosus
Cellula posterior flegmate pressa dolet

¶ Expositio ¶ Spissus hic trac
tatur de circulo non quod ipse circulus
sit contentum in urina quia est supre
ma regio urine sed quia in circu
lo contenta in circulo incipiunt apparere
Est ergo regula talis quod urina apparens in circulo spisso in substantia in colore simili aque
significat ultimam cellulam capitis flegmate aggravari propter hoc quia in illa parte suum
habet dominium ¶ Comentum ¶ Spissus secundum seriem ordinationis contentorum
primo agit de circulo. non quia circulus sit contentum urine Est enim regio sup
ma urine Sed quia contenta in circulo incipiunt apparere et cum circulo quedam distri
buntur contenta De circulo autem potest queri quare appareat urine cum et in quolibet
liquore circulus appareat. ut in aqua vino et oleo Respondemus sic non appreciamus circu
lum urine ita ut ab aliis liquoribus excludamus Quilibet namque liquor in superficie cir
culum facit et ex aquosioribus partibus et magis fluidis secundum formam vasis continentis
generaliter in superficie generaliter generatur. unde in aqua vel vino in vase posita aliquo supereminet
circulus quia aquose partes et magis fluide: et que plus habent aeree commixtionis in super
ficiem tendunt: nec se a grossioribus comprimi patiuntur Pars ergo liquoris superior
ex unitate aeris intercelusi inturgescit et propter eandem causam circulus in urina ap
paret Sed hic non videtur aliquid posse significari per circulum de consistentia cere
bri: vel aliorum membrorum cum etiam circulus cuilibet liquori continuari possit Ad
hoc dicimus quod sicut testatur ysaac cerebrum licet sit frigidum et humidum cum sit de genere
pinguedinis et medulle: tamen actualiter est calidum. unde cum liquidum habeat substantiam

et flunda: simili indigent nutrimento. In epate autem fit varia et multiformis sanguinis generatio secundum diversitatem membrorum nutriendorum. Sanguis ergo liquidus et lenis generatur: qui transmittitur sui liquiditate ad nutriendum cerebrum et petit superiora cum sanguinis superfluitas: cuius spissitudini et grossitati innititur. Unde longe fit liquidior et subtilior et lenior sanguine ipso: ideoque illa superfluitas effusa tamen urina tendit superius et circulum facit humiditas enim hz motum a centro inducendo latitudinis effusionem ad circumferentiam frigiditas hz motum a circumferentia inducendo coharctationem unde illi motus contrarii sunt et mittit ad cerebrum quod refert circulus augmentatur aut spissitudo circuli vel latitudo minuitur hoc est signum quod cerebrum aquosiori sanguine vel sinceriori: vel calidiori vel frigidiori nutritur. In forma autem circuli principaliter relucet consistentia cerebri utrum bene vel male nutriatur et utrum ab aliqua distemperantia distrubetur. Destenit namque circulus dispositionem animatorum membrorum idest cerebri et intestinorum. Circulus namque in substantia spissus in colore remissus declarat cerebrum comprimi et gravari oppressione materie flegmatice: et maxime ita posteriorem partem comprehendi ubi est sedes et dominium sive dominium flatis. Et remissus sit circulus provenit ex frigiditate unde debilitatur calor naturalis in cerebro: nec potest deprimere superfluitates unde cerebrum turbatur. Et est spissus hoc provenit ex humiditate que motum secundum diffusionem latitudinis. ¶ Spissus idest in substantia dilatus et turgidus ¶ Aquosus idest in colore remissus ut quasi aque colorem representent

Sequitur de purpureo circulo et spisso

Purpureus spissus affligit sanguine proram
Venam felle nigro pallidus et tenuis

¶ Expositio. ¶ Purpureus Circulus urine apparens purpureus et spissus plenam partem capitis significat affligi et si talis circulus appareat et adsit punctio in naribus: et dolor fronte et plenitudo venarum et videatur infirmo quod ante ipsum sint quedam corpora rubea tunc prostratio sanguinis de naribus exspectetur ¶ Venam ¶ Circulus pallidus et tenuis in parte sinistra significat nimie abundare et ea affligi ibi enim hz sedes minimum humor melancolicus ¶ Commentum ¶ Purpureus Post spissum circulum et remissum agit de purpureo de circulo et spisso talis ergo circulus significat abundantiam sanguinis: et proram molestari ex sanguine In prora namque idest anteriori parte capitis suum sanguis obtinet principatum. Et est purpureus circulus fit ex sanguinis fetulentate quod est spissus ex humiditate: unde maxima inanitio cerebri significatur quod cum debeat nutriri sanguine frigido et aquoso ad cuius delegatur nutrimentum sanguis fetulentus et estuosus. Si vero fuerit circulus cum punctione narium et dolore ventris et plenitudine venarum: et eger putat ante se videre quedam corpora rubea fluxum sanguinis de naribus significat ¶ Venam idest sinistram [illegible] hic agit de circulo remisso et tenui qui lenem partem cerebri significat [illegible] et affligi ex melancolico humore in qua parte sinistra cerebri viget melancolie dominium. Et est remissus: est ex frigiditate. Et est tenuis ex siccitate humorum. Si talis circulus perseveraverit debent [illegible] hec accidentia: suspicio pusillanimitas: timor insomnietas et anxietas

De circulo rubeo et tenui

Dextera parte facit dolore fervente acumine
Si tenuis fuerit circulus atque rubeus

¶ Expositio ¶ Dextera Circulus rubeus et tenuis significat in dextera parte dolorem ex humore colerico ibidem abundante Commentum ¶ Dextera parte Sequitur de circulo intenso et tenui qui coleram declarat et [illegible] et dexteram partem capitis affligi quod rubeus est fit ex calore quod est tenuis fit ex siccitate ¶ Dextera parte in qua principaliter dominatur colera

De circulo plumbeo

Insinuat sensus reddere mortificari
Plumbeus: et tamen hunc nocumenta dari

¶ Expositio ¶ Insinuat hic determinatur de circulo plumbeo Circulus ergo plumbeus epilepsiam significat et tam mortificationem partis cerebri que est radix sensus et deinde ad reliquas partes corporis malicia transmutatur ¶ Commentum ¶ Insinuat et sequitur de circulo plumbeo qui significat epilepsiam et quasi mortificationem partis cerebri et materie

ad ceteras partes corporis propagandam ¶ Radicem sensus idest cerebrum quod est radix sensuum et nervorum ¶ Ramus idest nervus quia cerebri radice producuntur

De rubeo circulo non simpliciter sed respectu lividi precedentis

De livente primus si post rubens videatur ¶
Exurgit cerebri natura vigor reparatur

Expositio ¶ De livente Circulus lividus primo si postea fiat rubens tunc significatur conversio mali ad bonum et quod ipsa cerebri confortatur et melioratur ¶ Commentum ¶ De livente agit de rubeo circulo non simpliciter sed ad collacionem lividi coloris precedentem Et est potius medium collativum quam absolutum Nam si in apoplexia minori livido circulo in urina primus apparente et in secundo die vel tercio postea appareat rubeus talis est mutatio dextra excelsi et fit concessio de mortificatione ad virtutis corroboracionem et de caloris extinctione ad eius confortacionem ¶ Natura idest virtus regitiva ¶ Exurgit idest resurgere significatur

Sequitur de viridi circulo

Si formam causon in febre viroris adoptet
Felleus ad motum frenesis succenditur humor

Expositio ¶ Si formam determinat de circulo viridi qui apparens in febre acuta indicit timorem de frenesi et de raptu materie ad cerebrum ¶ Commentum si formam Sequitur de viridi circulo qui adustionem significat in acuta febre unde timendum est de frenesi futura ex superfluitate colere ¶ Felleus idest colericus

De circulo tremulo

Si tremulus fuerit spiritualia membra gravantur
Si niger extiterit vel mortificat vel adurit
Prevenientis virens aut livor distinguunt utrumque

¶ Expositio ¶ Si tremulus Circulus tremulus significat aggravacionem in membris spiritualibus ¶ Si niger Circulus niger duo significat aut mortificationem et caloris naturalis extinctionem aut adustionem Si mortificationem tunc precessit color lividus Si adustionem tunc precessit color viridis ¶ Commentum ¶ Si tremulus Sequitur de tremula circulo qui significat dolorem posteriorum spiritualium usque ad caudam quod ideo significat quod circa illas partes sit maxima nervositas et ita dolor qui existens in parte circum urina et superius ascendens expellit circulum unde accidit tremor ¶ Si niger hic auctor agit de circulo nigro quod significat mortificationem et adustionem vel adustionis complementum Sed distinguitur quia si precedat viridis significat complementum adustionis Sed si precedat lividus color significat declinentum mortificationis

De Ampulla in circulo urine

Non residens ampulla tumens viscosa coherens
Morbi crudiciat causam morbumque prolongat
Et neszesim generat cerebrumque dolore molestat
Rugitum vomitumque notat ventremque solutum

¶ Expositio ¶ Non residens dicto de circulo dicendum est de ampulla que quidem ampulla est secundum contentum secundum ordinem enumeracionis superius factum Et est ampulla spumea circulo coherens tumida et inflata et distenta et dilatata quod duplex est scilicet permanens et non permanens De ampulla non permanenti nichil determinatur in medicina cum illa sit transitoria et facta per effusionem urine vel etiam alterius liquoris et illa appellatur ab isto auctore ampulla residens Ampulla vero permanens est ista que post effusionem ipsius urine per longum tempus durat et permanet quia ista ab intrinseca causa predit et generatur ex immoderata perturbacione ventositatis interius inclusa Et ideo quia talis ampulla dispositionem humanam corporis significat determinatur de ipsa in medicina Et ista ampulla ab auctore vocatur non residens idest diu perseverans Regula ergo talis est de ista ampulla Ampulla in urina per longum tempus durans et permanens tumida et dillatata et distensa ex ventositate interclusa et viscosa et coherentia huius cum circulo ita quod cum baculo supra involuto et in urinale imposito de difficili potest a circulo removeri tunc talis ampulla significat morbi cruditatem et ipsius longitudinem ¶ Et neszesim Ista eadem ampulla passionem capitis significat causa vero habetur in comento ¶ Cerebrumque Ista etiam ampulla significat dolorem capitis propter fumositatem a cruda materia resolutam et superius ascendentem ad cerebrum et meningas ipsius inflat et sic efficitur dolor in capite ¶ Rugitum Eadem ampulla significat rugitum ex ventositate generata et vomitum et solutionem ventris

¶ Comentum ¶ Non residens etc. Expedito tractatu de circulo agit de ampulla que secundum vri-
ne contentum iuxta ordinem enumerationis est. Est autem ampulla spuma circulo coherens magis
tumida et distensione partium magis dillatata. Ampullarum vero alia residens alia non resi-
dens. Residens est illa que cito euanescit et illa generatur ex impetu ex impetu effu-
sionis vnde ex qualibet sicut ex aqua vel vino proprie aliquo vase impetuose infusa am-
pulla generatur sed post amodico tempore renoluto annihilatur cito nec precessionis sue
vestigia retinet et de tali ampulla cum sit transitoria et non permanet non agit prima
quia non est necessaria ad demostrandum habitudinem humani corporis quia non fit ex
aliqua perturbacione humorum sed tantum ex aere exteriori. Ampulla vero residens est que
post effusionem vrine diu perseuerat quia ab interiori causa consurgit scilicet ab humorum coctione
bacione et motione intus clausa ventositate et de tali ampulla hic agitur quia disposi-
tionem humani corporis designat vnde de ampulla talis datur regula. Ampulla in
vrina diu perseuerans humida et dillatata distensa ex ventositate intercelusa viscosa et
coherentiam habens cum circulo ita quod baculo stupa inuoluto in vrinali vase imposito vix
pot a circulo remoueri talis significat ruditatem materiei et morbi prolixitatem et infectiua
passionem et capitis dolorem. Quod non est residens per hoc cause permanentia et maliciei radi-
catio designatur. Quod vero est humida et in partibus dillatata per hoc ventositatis gros-
se interclusio significatur. Quod est coherens ex viscositate materiei procedente talis ergo
ruditatem materiei protendit. Cruda namque materia et frigida actione caloris cum
non possit plenarie extoqui et digeri resoluitur in grossam ventositatem que resoluta et a
debili calore non consumpta partibus humidis intercluditur et per meatus concauos e
pate ad epar accedens superfluitati secunde digestionis admiscetur. Post modum cum
vrina purgatur. Eadem ampulla significat morbi prolixitatem: vbi namque est materiei cru-
ditas morbi prolixitas comitatur. Eadem significat infectiuam dest passionem renum. Cum igi-
tur rudi humores ostendunt esse in ea qui cum renibus habent similitudinem renes
enim frigidi sunt et a fonte caloris remoti cum sint frigidi et materia sit frigida
cum sibi et grauitate compressionis similitudine cum sanguine renes nutritiuo attra-
hitur illa materia ad renes que cum non possit consumi quia multa est et quia calor est
debilis in renibus propter naturam superflua remanent et nefresim inducit. Eadem etiam am-
pulla capitis dolorem mostrat quia ventositatem interclusam indicat quia fumositas a
cruda materia resoluta a sua leuitate superius respiret dolorem inducit capitis et in tinctas
cerebri descendit. Hanc autem regulam et methodum traximus ab ypocrate in primo
amphorismorum ait enim ypocrates quibuscumque ampulle in vrina supernatant hys ne-
fresim significat et longam egritudinem fore. ¶ Non residens ampulla idest diu
permanens post vrine effusionem ad dictam eius que fit ex impetu effusionis et
talis non est vtilis ad prosticandum circa corpus humanum. ¶ Tumida idest tur-
gida et inflata. ¶ Ventosa idest multa ventositate distensa. ¶ Coherens idest
iuxtata circulo. ¶ Affigat idest prolixat. De granulis

de reumate

Granula reumatice semper sunt nuntia cause
In certi serie si granula fixa tenentur
In cerebro secreta latet confusio morbi
Si substent depressa parum nec mota regressu
Accelerent capiti loca proxima percutit humor
Promor ad partem sit fluxus debiliorem

¶ Expositio. ¶ Granula etc. Deter-
minato de ampulla ex conse-
quenti determinatur de granulis.
Granula sunt quedam grana per
vrina spumam interrasa et in circulo
diuisa in multas partes ipsius cir-
culi. Regula est illa. Granula
significant fluxum humorum a ca-
pite ad aliquam partem corpore
inferiorem descendentium. Cum ergo reuma fluat et descendat a cerebro membro frigido
et humido: secundum illam partem debilem ad quam fluit accipit denominationem sicut declaratur in comen-
to. ¶ Certi si granula fixa permaneat in circulo tunc ex hoc significatur quod in cerebro
morbi materia continetur. ¶ Si substent si illa granula permaneat sub circulo et motum
vrinali ad circulum non ascendant secundum quod magis vel minus depressa sunt in circulo secundum
hoc significatur dolor membrorum capiti propinquorum vel elongatorum. ¶ Premor hic red-
ditur vna causa ex parte membrorum membri recipientis et est debilitas membri quia cum
ipsum membrum sit debile sine dubio nequit repellere materiam ad se missam et possumus
intelligere per hoc fortitudinem membri impellentis et illa est prima causa secundum Iohannicium in
comento secunda causa et tercia traduntur scilicet abundancia materie et largitas pororum.
¶ Comentum ¶ Granula etc. Post ampullam agit autor de granulis. Granulis
sunt autem granula quedam grana spuria spumam intercisa et sic incita in circulo
idest in diuersas partes diuisa et hec omnia granula attestantur reumati idest fluxui

humorum a capite ad aliquam partem corporis. Cerebrum namque cum sit frigidum et humidum et sit de genere putredinis et medulle nutritur frigido et humido nutrimento. Unde multa humiditas aquosa et fluida multotiens in cerebro exuberat cuius pars per mamillares nervos purgatur, pars per sputum et screationes emittitur. Si ergo contingat in cerebro continuam superfluitatem preabundare fit dolor capitis extrinseca repletione naturalis caloris ut nec subsidiatus in illa materia agere contendat ipsam in minimas partes dividendo. Ille particule ex incontinentia ad partes inferiores reumatizat et maxime ad eas quas debiliores invenerit sibi vicinas et suppositas. Si ergo materia moveatur ad structuram narium facit corizam. Si ad oculos obtalmiam. Si super oculos palpebrarum facit dolorem superciliorum. Si ad aures facit tinnitum et ventositatem et surditatem preparationem. Si ad uvulam facit eius relaxationem et raucedinem. Si ad os et linguam oris et lingue ulcerationem. Si ad maxillares nervos facit dolorem dentium et gingivarum. Si ad fauces nodos et brancos in gula. Si ad canales pulmonis et tracheam arteriam facit tussim. Si ad pulmonem facit asma et disniam. Si ad intestina lienteriam vel diariam et tunc debent esse spumose egestiones. Unde scilicet pro quibus egestio spumosa fuerint hic a capite defluit flegma. Si ad os stomachi dolorem et inflationem et indigestionem. In talibus enim debet esse circulus urine granulosus. Huiusmodi enim granula signant distillationem reumatice materie ad capitis partes vicinas et precipue ad debiliores que reumatis impetum repellere non sufficiunt vel expellere non possunt. Ut enim aliud membrum ledatur tres possunt esse cause ut asserit Iohannitius scilicet fortitudo membri impellentis et debilitas recipientis: et hec est prima causa. Secunda est materie abundantia. Tertia est largitas pororum. Sed distingue quia si granula iacent in circulo et extensione urine dispersa revertuntur ad circulum causa in essentia epatis manere ostenditur. Si autem dispersa sint infra circulum nec ad circulum suum reciprocent motum prout mos est et cuius dispersa fuerit innuit hoc dolorem inferiorum partium vicinarum capiti vel remotarum significat et gravedinem. Certi idest circuli fixa ita quod si dispersa fuerint ad circulum revertuntur.

De nubecula

Corporis aerei nubecula spiritualis
Iudicat offense virtutis tertiisque calorem
Est ventosa vel intensi fit spuma caloris
Nimia particulis tornata suis
Hoc color urine probat et substantia spume
Spissus ingrossat attenuatque calor
Interrupta manens granis distincta minutis
In debili quum reumate membra ferit
Indicat ictericum vel epar portendit aduri
Si nigra ut viridis vel quasi tincta croco

Expositio. Corporis. Dicto de granulositate consequenter agit auctor de nubecula. Nubecula est quedam fumosa et vaporosa superfluitas generata actione caloris obscuritatis huius et ita nebula cum sit levis in urina supernatans tendit et et ipsam urinam efficit obumbratam. Ista igitur nebula duo significat scilicet distemperantiam membrorum spiritualium et tunc debet esse quedam lividitas et significat epatis calefactionem et spuma debet esse crocea. Est ventosa. Hic agit de spuma que quidem multiplex est scilicet quedam est granulosa de qua dictum est in textu de granulis et est quedam ampullosa de qua dictum est in textu de ampulla et est alia spuma communis de qua hic agitur. Ista ergo spuma communis duo significat scilicet ventositatem et hoc cognoscitur si color urine sit discoloratus aut si substantia urine sit grossa. Significat etiam vehementiam caloris et ebullitionis et hoc cognoscitur quia color urine est intensus et substantia subtilis spuma etiam crocea signum est calefactionis. Unde spuma significationem habet in colore quia quedam est crocea quedam viridis quedam nigra et secundum hoc diversa significat. Commentum. Corporis aerei. Post granula agit auctor de nebula. Est autem nebula quedam superfluitas fumosa et vaporosa actione caloris generata propter sui obscuritatem que cum sit levis et aerea emissa cum urina eam obumbrat. Talis ergo nebula apparens in urina significat distemperantiam membrorum spiritualium et occupat superficiem urine que corpus aereum nuncupatur et reddit urinam participem quadam lividitate. Talis etiam nebula apparens epatis calorem insinuat quod plenius certificatur per croceitatem. Corporis aerei idest in superficie. Offense spiritualium idest passioni spiritualium membrorum que sunt quasi fornax et caminus totius caloris. Tertio idest epatis. Est ventosa. Post nubeculam agit auctor de spuma. Hic ergo per spumam intelligimus spumam carentem ampullositate. De spuma autem ampullosa premisit. Spuma enim multiplex est: alia est discontinua et intensa et quibusdam granis distincta de qua agit auctor in textu granorum et hoc replicat de eadem ex incidenti gratia divisionis. Est et

alia spuma ventosa et ampullosa de qua superius exposuit in cap° de ampulla Et alia spuma 2a non granulosa nec ampullosa sed continua et talis significat dominium ventositatis aut violentiam caloris et ebullicionis Hec distinguntur per calorem urine et testimonium ebullicionis Cum vero urina sit discolorata est augmentum indigestionis et ventositatis Item sit subtilis et nimium tenuis sit ex calore Si celestate participet fidelis constat argumentum incensionis Item si spuma variatur secundum colorem quia alia est nigra aut viridis aut crocea Nigra enim significat melancoliam aut epatis adustionem Viridis agravat Crocea ictericiam croceam ¶ ventosa ampullosa de qua dictum est ventositatis inicia ¶ incensio coloris idest incensivi ¶ speris ventositas ingrossat spumam suam intercisionem ¶ Alternat idest cosimiliter mendo ventositatem interclusam ¶ Ictericia de hoc dictum est Erat enim ictericiam nigram vel viridem vel citrinam

Sequitur de sanie

Ulcera vesice sanies effusa fatetur
Aut renum stabiles si gravis adsit odor
Ex epatis regione fluit si dextra saniosa
Hoc dolor et partis actio lesa docet

¶ Expositio ¶ Ulcera hic determinatur de sanie que quidem sanies emissa in urina significat ulceracionem renum aut vesice aut epatis Et distinguitur quia sanies emissa a renibus vel vesica gravem odorem habet et in illis partibus dolor sentitur Sed si ab epate sanies emittatur tunc dolor est in dextro ypocundrio et aggravatio et virtus digestiva impeditur ¶ Commentum Ulcera vesice In hoc capitulo tractat de sanie quod cum urina effusa significat ulceracionem vesice aut renum aut epatis ex aliqua superflua materia in eius regione collecta Sed utrum a renibus vel vesica vel epate emittatur sic distinguitur Nam a renibus vel vesica emissa gravitatem odoris portendit et in partibus illis et locis adiacentibus dolor sentitur Sed ab epate nunquam Sed in dextro ypocundrio pulsatio doloris et quoddam pondus percipitur et operatio digestive virtutis impeditur Hoc ergo clarius ab ypocrate qui in fine quarte particule dicit Si quis mingat et squamas et gravis sit odor tunc renum aut vesice ulceracionem significat

De pinguedine in urina apparente

Precedens olei formam resolutio pinguis
Cum febre dissolvit totum: lumbos sine febre

¶ Expositio hic determinatur de pinguedine apparente in urina Et dicit auctor quod illa pinguedo apparens in urina aut est cum febre aut sine febre Si cum febre tunc fit dissolutionem totius corporis Si sine febre significat dissolutionem fieri a renibus de urina pinguiori et untuosa et oleagina quando fit totius corporis solutionem aut dissolutionem renum Et quot modis dissolutio totius corporis et dissolutione renum distinguitur exponitur in comento ¶ Commentum ¶ precedens Post saniem sequitur capitulum de pinguedine Hoc nomine pinguedo intelligitur pinguis quedam et untuosa substantia a membris resoluta que emittitur cum urina Urina autem magis vel minus pinguis vel oleagina apparet secundum quantitatem resolutionis maiorem vel minorem et secundum processum caloris in resolutione precedente In principio namque resolutionis incipit pinguedinis apparere urina oleagina quasi olei colorem habens in augmento vero est quasi oleum In statu vero est ut ipsa pinguedo et secundum oleum Urina ergo habens olei colorem in principio declarat liquefactionem et quasi aquosa aliquid quod est ut oleum habens in se confrictionem commixtionem olei et talis est in augmento et fit ex processum et augmentum liquefactionis sed que est oleagina in colore et in substantia quasi secundum oleum fit in statu resolutionis et ultimatum caloris dissolutionem Tales quidem urine ethice febres sunt familiares Sed nota quod talis urina apparet aut cum febre aut sine Si cum febre fit dissolutionem totius corporis quippe cum febre morbus sit universalis Si sine febre particularem resolutionem significat renum et lumborum In renibus namque et lumbis multa pinguedo involuitur et operit eos qua pinguedine resoluta et emittitur cum urina copiosior fit emissio untuositatis quasi si a toto corpore emitteretur Hec enim ipse urinales meatus constituta est et ideo cum sit multa et ipse posita nec adsit calor consumptivus quia est sine febre ex quo incipit resolvi copiosius purgatur Sed illa que a toto corpore in minori quantitate emittitur: tum quia est in ea febrilis calor qui est consumendo eius minuit quantitatem: tum quia remota est a viis urinalibus Hec autem trahimus ab ipso ultima particula ubi ait Quibuscumque pinguis ypostasis et globata est his nefreticam et acutam fit egritudinem fore In prima specie ethice pinguedo urine distincta est per partes in superficie sicut est in viro carnoso non valde crasso In secunda specie tota superficie urine occupat sicut tella aranea In 3a specie pinguedo diffusa est per totum unde urina fusa super lapidem tanto sonat sicut oleum Pinguedo re

soluta a renibus tribus modis distinguitur a pinguedine corporis quia pinguedo corporis non est tanta nisi forte in tertia specie ethice Secundo distinguitur quia pinguedo renum statim apparet post urine effusionem que cum sit difficile insibile de natura et sit densa a partibus pinguedinis non tenuis circumstantie et ideo urine in mixta apparet a toto corpore densa ex vi decoctionis in epate cum urina perfectius admiscetur et ideo fit minus apparibilis quia non cadit in una et eadem parte Tercio distinguitur quia pinguedo renum non facit ad intensionem urine nisi forte epar sit calefactum sed ab omnibus membris resoluta fit cum intensione urine et tenuitate

De crudo humore

Humor in urina fit summus pendulus imus
Membraque suprema ledit mediana vel ima
Stranguriam nefresim residens facit atque tenasmo
Anteriora granat medius diafragmatis supremus

¶ Expositio humor hic agitur de crudo humore qui cernitur cum urina tria sunt que habent similitudinem s. crudus humor putredo et sedimen sed sunt differentie satis habentur in commento Crudus ergo humor emissus in urina quandoque occupat partem superiorem urine quandoque partem mediam quandoque inferiorem et secundum hoc diversis regionibus humani corporis attestatur Si enim occupat supremam partem tunc significat egritudinem pectoris et membrorum spiritualium et diafragmatis compressionem Si vero mediam occupat partem tunc significat vitium stomachi cum repletione superfluitate et torsio ventris et angustias intestinorum Si inferiorem occupat partem tunc renum et lumborum et partium adiacentium declarat passionem ut stranguriam nefresim ¶ Commentum ¶ Humor Post pinguedinem dixit agit de crudo humore qui purgatur cum urina Et notandum est quod tria sunt que similitudinem imitationem habent crudus sperma sedimen s. sedimen putredo et crudus humor Ergo diligenter discernendum sit Si mota urina sedimen in partes postea resolvitur postasis est et habet formam magis equalem non adeo intercisam est autem postasis superfluitas tertie digestionis Si vero mota urina dissolvitur in pingues et oleaginas resolutiones et ipsa urina fetida fit et mali odoris significatur per putredinem humor tale talis sedimen saniosum et inequale est et impedimentum Si autem mota fuerit urina in quasdam athomosas resolutiones dispergitur cruditas humorum intelligatur Crudus itaque humor cum urina emissus aut superiorem occupat partem aut mediam aut infimam Si superiorem obtineat declarat vitium pectoris et spiritualium et compressionem diafragmatis ut asma vel dismia vel emotoica passio declaratur Si mediam obtineat partem vitium stomachi ex repletione superfluitate vel torsionem ventris et inflatio et angustias intestinorum indicatur Si infimam partem obtineat passio renum et lumborum et partium adiacentium tenasmon nefresis stranguria et sciatica et genuum dolor manifestatur

De sanguinea urina

Ex vitio iecoris redditur mictura cruoris
Vesice aut renum vene chilis hec tibi plenum
Prompta signorum doctrina facit reliquorum
Effundit grumosum vesica genue matulosum
Est subsistente medium fetoris habentem
Mixtio fit pura vene chilis ex reapatura
Et dolet a fine quinte pars septima spine
Si fluat a lumbis puras manat et sine grumis
Renum testatur de pruritione comminatur
Dextram dolor teneat si fluxus ab epate fiat
Et sanguis purus manat fomenta dabuntur

¶ Expositio ¶ Ex vitio hic determinatur de sanguine exeunte cum urina qui significat s. aut vitium epatis aut vesice aut renum aut rupturam vene chilis et hoc dicit usque ibi ¶ Hec tibi plenum hic ponit specificationes cum aliis quibusdam et primo quando predit a vesica ibi ¶ Effundit grumosum hic specificatur quando sanguis predit a vesica quia sanguis ille est grumosus in modum glaci et habet gravem atque fetidum odorem et in fundo residet et talis sanguis est spissior et ponderosior Rationes horum satis ostenduntur in commento ¶ Mixtio hic specificatur quando sanguis predit ex ruptura vene chilis quia tunc sanguis est purus maximus dolor sentitur in septima spondili secundum numerationem ab inferiori parte ¶ Si fluat a lumbis hic specificatur sanguis exiens a renibus quia tunc sanguis est purus et non est grumosus et dolor et pruritus sentitur in renibus ¶ Dextram dolor hic specificatur sanguis exiens ab epate et ille sanguis est purus sincerus et dolor in dextro ypocondrio sentitur vehemens ¶ Renum vesice hic determinatur

de arenulis que significant passionem aut renum aut vesice Renum si apparent rube[e]
in colore vesice si apparent albe et hoc secundum colorem membri a quo deriuantur
Est autem notandum quod harene rubee que apparent in pacientibus duplici ra-
tione vel simpliciter et maxime in hiis qui renes sunt propter distemperatam febrilem apparent
arene rubee de calculo Quid sit et quomodo generatur et que sunt cause generacionis
ipsius calculi satis in commento manifestum est inspicienti ¶ Commentum ex toto In hoc ca-
pitulo agit auctor de sanguine quandoque cum vrina emittitur Sanguis ergo emissus
cum vrina aut procedit ab epate et tunc debet esse purus et sincerus et in dextro
ypocundrio sentitur Et talis sanguis cum sit calidus vrine perfectius admiscetur aut
procedit a vesica et tunc debet esse sanguis kembosus in modum globi et grauis odo-
ris et in fundo residens quia tunc sit frigidus vtpote ad nutrimentum membri
frigidi destinatus impurior est et spissior et ponderosior Receptus etiam intra conca-
uitatem vesice quia frigidum membrum est amplius et globatur et corrumpitur quia
debilem habet calorem vnde non potest a superfluis depurari ergo quia frigidus est ideo glo-
bosus et grauis ad fundum descendens ideo et grauis odoris nec vrine commiscetur
vnde a vesica originem ducere habet circa pectinem et petironcon et circa extremita-
tem virge in emissione vrine punctura sentitur et etiam talis sanguinis potest
in vrina petrificari et in hoc eciam sua globositate et etiam frigiditate et
cum hoc eciam secundum loci qualitate petrificationem faciente ex quo multi pereunt Et in-
terferet Galienus talis sanguis quando per virgam in modum sanguisuge emittitur Si a
lumbis distrahit originem purus est et in renibus dolor et punctura sentitur Si ex
impura bilis vene proueniunt purus similiter est et in 7o spondili facta quandoque
ratione ab inferiori parte dolor sentitur vehemens huius dogmatis firmitatem ra-
tionis ab ypocrate dicit enim si sanguinem mingat quis aut pus quasi puluerulentum
sanguinem ad vrinam porri Et postea etiam subiungit squamas quod significatur
vlceratio vesice Et subdit et ardor genitus sit ex quo habetur corrupcio sanguinis
et tunc quidem vlceracionem significat vesice Item dicit ypocras Si sanguinem mingunt
et trumbos et stranguriam habent et dolor inciderit in pectinem et pironcon circa ve-
sicam dolorem significat Hec enim passio vesice significatur Item determinat ypocras qui a re-
nibus procedit ut dicit Quicunque sanguinem sponte mingunt hiis de renibus rupturam ve-
ne significat

Determinat de arenis

Renum vesica lapidem testantur arene
Renum si rubee vesice si magis albe
Emula contenti forma sit suo continenti

¶ Exposicio ¶ Renum Continuum
istud requirere in commento super-
ius dicto vbi dicit ¶ Renum
vesice hic determinatur de are-
nulis quid significent ¶

Commentum ¶ Renum In hoc capitulo agit auctor de arenulis que quandoque emittuntur
cum vrina et passionibus vesice attestantur autem in renibus infectionem aut
lapidem fore in vesica ostendunt Sed arene aut sunt rubee aut albe aut nigre aut
subnigre Si rubee et molles a renibus eueniunt procedunt Renes enim rubei
sunt et molles et carnosi et sanguinem continent vnde arene ibi generate iuxta
formam sui continentis in rubeitatem speciem procedunt Si albe sunt potius a ve-
sica proueniunt Vesica namque alba est et secundum formam continentis contemptum immutatur
Omnis enim res trahit ad suam originem vel a loco sue generacionis vel a ra-
gente vel paciente a loco sunt apostemata que talia debent esse qualia sunt
loca vbi nascuntur et formata in loco ocioso Si nigra sunt de melancolica materia
sunt et sunt omnibus peiores quia sunt de grossiori materia Sed que sunt albe
citius dissolui possunt quia ex flegmaticis humoribus crudis et indigestis conge-
late generantur Calculus itaque qui fit ex nigris arenis sibi conglutinatis
conglutinatur et conflatur et omni pessimus est et si magnus fuerit non potest cu-
rari nisi per incisionem aut sit de albis arenulis de flegmatica materia producte
ille nisi fuerit multum adustus et in processu temporis excoctus et induratus
diureticorum beneficio et antidotariorum medicaminum facilius potest curari Et
nota quod in pueris sit frequentius litiasis propter humorum viscositatem in eis abundancium
in iuuenibus vero sit nefresis frequencius propter siccitatem renum vnde sanguis de
siccitate et subtiles partes consumuntur terrestribus vero remanentibus reliqua
indurantur Noli autem pretermittere quocienscunque videas arenulas rubeas in vrina
apparere nec statim precipites sententiam de calculo quia in pacientibus duplicem

terciana vel simplici et maxime in hiis temporibus sicut circulus apparet rubee propter febrilem distemperanciam Item nota quod tres sunt cause generacionis calculi scilicet abundancia superfluitatum et viscositas earum angustia meatuum et debilitas virtutis expulsive propter hoc igitur cause fortius sunt in pueris et ideo isti passioni magis familiares existunt In quibus de causis apparet arenule scilicet vel ex calculo vel artetica vel longa quartana In artetica ex induracione humorum in quartana ex melancolica desiccante et indurante humores ut habetur in alexandro de pthisico qui lapidem exspuit: qui generatus erat in canalibus pulmonis ex humorum induracione Et nota quod arenule significant quandoque lapidem confirmatum et quandoque diminutum Si prius non apparentes quotidie multiplicentur magis: magis quanto minus appareat significant lapidem diminui Si prius diu multe apparentibus quotidie diminuuntur magis significat lapidem confirmandum quandoque vero penitus non apparent cum tamen non sunt purgate tunc significat lapidem confirmatum

Determinat de pilis

Si forma pilis similis vel erit decisio carnis
Aut pars humoris lenta siccitate caloris
Inde probes renum vel totius incommoditatem

¶ Exposicio ¶ Si forma hic determinat de pilis pili sunt quedam resoluciones longe et graciles ad similitudinem pilorum et cum talis inveniuntur in urina et significant aut dissolucionem renum et lumborum aut siccitatem humorum ex acuitate caloris desiccatorum et hoc habetur in commento Nota quod isti pili apparent aut cum febre aut sine febre Si cum febre significatur totius corporis dissolucio Si sine febre dissolucio renum et lumborum ¶ Commentum ¶ Quedam resoluciones longe ¶ Si forma In hoc capitulo agit auctor de pilis Sunt autem pili et graciles in modum pilorum que cum urina emittuntur Procedunt autem ex dissolucione renum et lumborum vel fiunt ex humoribus siccatis quod fit distinguendum et sentenciatur in tali resolucione quando digitis conjugatis quasi soliditas carnis tunc de substancia renum esse perpenditur sicut dolorem renum et lumborum ex acuitate caloris eos dissolvente et partes eorum decidente et tales apparent in diabetica unde ypo in amphorismo Sanguinem modica carne aut pili exeunt propriis existente urina hiis a renibus egrediuntur vel hec eadem de renibus fit Si autem pili illi conficiantur digitis cedant compressioni nec statim evanescant et adest subsistit aliqua soliditas de siccitate et induracione humoribus fieri significatur Et si resoluciones longe apparent et aliquantulum grosse significant opilacionem renum et lumborum: quandoque dextri renis: quandoque sinistri: quandoque utriusque Si dextri dormitacio et formicacio in dextro pede sentitur Si sinistri in sinistro pede Si utriusque in utroque sentitur Ex tali enim opilacione nervi comprimuntur et ex compressione eorum spiritus animalium penetracio est interclusa et nervos sensum et voluntarium motum regunt impedit partibus extremis unde per nervos spiritus animalis non potest libere transire propter compressionem predictam unde dormitacio vel formicacio oritur Et nota quod pili apparent in urina aut cum febre aut sine febre Si cum febre totius corporis dissolucio significatur Si sine febre de renum substancia fieri decisio particularem indicatur

De squamis et furfuribus

Per squamas tenues et furfurea micta notatur
Vesice scabies aut si febris concomitatur
Totius fluit integritas corporis tenuatur

¶ Exposicio ¶ Per squamas In hoc loco determinat auctor de squamis et furfuribus Squame sunt quedam resoluciones late et rotunde ad similitudinem squamarum piscium que quidem a superficie membrorum abraduntur et vocantur squame petaloides: et iste squame apparentes in urina quandoque significant dissolucionem totius corporis scilicet si adsit febris Si vero non sit febris particularis dissolucio et scabies vesice significatur Furfura sunt quedam resoluciones ad similitudinem furfuris que ex caloris violencia membris dilacerantur et abraduntur Ita ergo furfura sunt alba quia membra a quibus deciduntur alba sunt et etiam sunt magis grossa quam squame quia magis profunde a membrorum substancia dissolvuntur Talia ergo contenta furfurea apparencia in urina significant aut totius corporis dissolucionem aut solum vesice Si ergo cum apparent adsit febris tunc dissolucionem totius corporis significant Si vero sine febre apparent significant dissolucionem vesice solum cognoscitur etiam per digestionem et indigestionem ¶ Commentum ¶ Per squamas Sequitur de squamis et furfuribus Sunt autem squame quedam resoluciones late et rotunde que quasi a membrorum superficie acuitate caloris dilacerantur et abraduntur et sunt quasi petala que ex tecto sunt et modicis squamis piscium assimulantur unde squame petaloides nuncupantur hii enim resoluciones a membris decise quandoque cum urina purgantur

et indicant dissolucionem totius tantum aut vesice. Si igitur adsit febris cum apparent significant dissolucionem totius corporis: ut in febre ethica contingit. Si sine febre et indigestione tunc particularis dissolucio et vesice scabies demonstratur. Hoc affirmat Ysaac in amplo ubi ait si squamosas mingunt et dolor quis sit vesice ulceracionem significat. Furfurea sunt quedam resoluciones in modum furfuris disposite et a membris decidentes ex violencia caloris. Sunt etiam albe quoniam ipsa membra alba sunt. Tales continentur cum urina et sunt grossiores squamis que non ita superficialiter raduntur sed a calore inserto profundius a membrorum substancia evelluntur. Urina ergo furfureas habens resoluciones aut dissolucionem totius corporis significat aut vesice tantum. Unde sic distinguntur per febrem et non febrem per digestionem et non digestionem. Ysaac autem in amplo: Quibus in urina pingui existente furfurea mingunt hiis vesica scabit. Petala et furfurea dissolvuntur a vesica. Sed non cremoides quia vesica non est solidum corpus: sed est tenuis et pellicullosa: predicta corpora que fiunt ab humoribus calore liquidas partes consumente vel frigiditate condensante. Sed cum aliis signis in prima specie ethice apparent petaloides. In secunda furfurea. In tercia cremoides.

De crinoidibus

Certa fides per cremoides quod tercia febris
Est ethice species unius insita latebris

¶ Exposicio ¶ Certa. Hic determinat de cremoidibus et sunt cremoides quedam resoluciones grosse que caloris violencia multum profunde a membrorum substancia evelluntur et sunt maiores quam squame et furfurea habent enim cremoides tres dimensiones magnas scilicet latitudinem longitudinem et profunditatem. Cremoides igitur in urina apparentes terciam speciem ethice significant. ¶ Commentum ¶ Certa. Sub uno titulo egimus de squamis et furfuribus. In hoc capitulo sumus tractaturi de cremoidibus. Sunt autem cremoides quedam grosse resoluciones decise a membris violencia caloris incensi et intrusi membris et sunt maiores furfuribus et petaloidibus in tercia dimensione scilicet latitudinem longitudinem et profunditatem grandescunt. Propter quod significant quod membrorum substancia amplius et plenius dissolvatur. Dicuntur autem cremoides ab idos quod est forma et crima quod est divisio quasi forme divisarum. Sunt autem crime vel crima grossiores partes vel particule tritici que in principio mollitionis et attritionis mole de grani integritate dividuntur. Tales ergo cremoides in urina apparentes terciam speciem ethice designant. Cum autem sint ita profunde a vesica non procedunt. Vesica namque magis accomodatur resolucioni furfurum et squamarum quam cremoidarum. Apparent quoque tales cremoides rubee et sub in febre acuta propter sanguinis inflammacionem et pessimum est et quoque passionem soliditatem membrorum testatur. Unde Ysaac in ultima particula ait: Quibuscumque in febre in urinis cremoides apparentes longam significant egritudinem scilicet ethicam.

De athomosis resolucionibus et albis minutis

Innuitur gutta regnare per alba minuta
Si mulier fuerit non alterum tibi deerit
Renum et conceptus adsit vel languor ineptus

¶ Exposicio Innuitur. Hic determinat de athomosis resolucionibus et albis minutis. Hic ergo resoluciones apparentes in urina tam in viris quam in mulieribus virum gutte significat. Et secundum regionem urine quam occupant significant corporis humani regionem affligi. Quia si in parte superiori urine tunc significat partem superiorem corporis pati guttam. Et si in media mediam. Et si in fundo urine inferiorem corporis partem guttam significant. Est tamen notandum quod si iste resoluciones athomose et albe in urina mulieris appareant et pinguius sint in modum lotrice amili in fundo residentes inferius et post modicum tempus conglobantur tunc tales resoluciones mulierem significant concepisse: et si appareant sub rubee et rotunde significant mulierem masculum concepisse. Si vero appareant albe vel sicut lunule et late forme significat feminam concepisse. Si vero cum omnibus predictis signis mulier non concepit tunc significat guttam sicut dictum est vel matricis humorositatem et tunc urina est magis spissa. ¶ Commentum ¶ Innuitur. Sequitur de tractatu de athomosis resolucionibus et albis minutis quod idem est. Athomose resoluciones et albe significant virum gutte tam in viris quam in mulieribus. Sed si appareant in fundo significant guttam inferiorum partium. Si in media regione apparent virum gutte significant in mediantibus partibus scilicet a regione generativorum usque ad diafragma

Si vero apparet in parte superiori superiorum partium guttam significat: sed si per totam urinam subam diffunduntur guttam omnium membrorum sunt. Tales autem reso lutiones in urina mulieris apparent et sit pinguis et maxime in parte inferiori in modum lotura [illegible] insistentes residentes et post modicum tempus conglobantur significat mulierem concepisse et si appareat subrubee et rotunde forme significat masculum concepisse hee enim rubee sunt et subrubee significant quia naturalis calorem sufficientes dare eis talem colorem Si vero appareat albe et quasi linde et late forme significat feminam concepisse per talem namque colorem urine significatur de bilitas naturalis caloris non sufficientis eis colorem proprium attribuere Si vero non conce pit mulier et tales apparent resolutiones significat quod concepit dolorem et patitur est iniquitatem Solum enim unum gutte significant sive ostenduntur in muliere go talis resolutiones equivocantur vel ad conceptum significandum vel ad arthetica vel hu morositatem matricis et tunc urina spissior est Iste sunt urine scilicet mulieres que magis deludunt artifices De talibus namque urinis dare sententiam periculosum est cum ad utrumque se habeat que dicta sunt unde de talibus veritas ignoratur tum propter fetum tum propter mulierem in utris autem tales urine cum albis minutis sericiores sunt ad inducendum In eis enim veritas manifesta lucet Sed urine mulieres execrabiles sunt propter duplicem fetus et corporis continentis respectum huius dicit autem resolutiones in urina viri apparentes guttam significantes albe sunt et parve sunt et rotunde Albe quia resolvuntur a membris albis unde imitantur colorem membrorum a quibus decidunt Parve sunt cum naturalis calor agat in materiam gutti ut eam di gerat et dissolvat: resolvuntur quoddam parvum de membro quia cum solidum sit: et parum sit caloris acto parvum est quod resolvitur et ideo parve sunt resolutiones Ro tunde sunt quia calor undique agit in illam materiam circumferentialiter dissolvendo: et ideo rotunde apparent vel rotunda sunt: quia de ratione granula rotunda sunt. quia de ratione ex descensu rotundantur ut grando in casu ut patet etiam de gutta pluvi alis quod in descensu suo rotundatur

De signis conceptionis

Matrix sicca venus sopita retentio fluxus
Dis color affectus vomitus compressio virge
Mamme grossities et perturbacio ventris
Ex mellicrato conceptus signa probantur

¶ Expositio ¶ Hic determinatur de signis per que possumus cognoscere conceptionem ex incidenti Signum conceptionis quod habetur per urinam in proximo est dictum Sed alia signa sunt conceptionis que enumerantur in istis predictis versibus ¶ Matrix sicca Unum est clau sum est orificium matricis unde non emittuntur menstrua que vulvam humectare solent Sed potius retinentur ad nutrimentum fetus ¶ Venus sopita Aliud signum conceptionis: quia desiderium veneris est sopitum et extinctum: propter hoc quia matrix que vacua erat iam repleta est ¶ Retentio fluxus Aliud signum conceptionis quia menstrua retinentur et inde nutriatur fetus ¶ Discolor affectus Aliud signum conceptionis. appetitus va rius et multiformis. quia appetunt aliquando modo fructus acerbos: et carbones et huius modi similia et hoc accidit ex ipso sanguine menstruo melancolico redundante ad os sto machi et inficientem ipsum ¶ Vomitus Aliud signum quia ille sanguis inficiens os sto machi movet ipsum ad vomitum ¶ Compressionem virge Aliud signum conceptionis ut habetur in comento ¶ Mamme grossities quia sanguis redundat ad spongiositates mamillarum unde ingrossantur ¶ Et perturbacio Aliud signum conceptionis Ypo cras in quarta particula amphorismorum Mulier si vis scire si conceperit etc. Comentum ¶ Matrix sicca In hoc capitulo quod est quasi finale et complementum sui operis assig natur accidentia et signa certitudinem conceptionis de conceptione per urinam significanda prius fuerat intentio in tractatu precedenti ideoque ad conceptionis notitiam plenarie habendam posuit auctor signa conceptionis in conclusione sui operis ¶ Matrix sicca quia conclusum est intrinsecus orificium neque iam emissione menstruorum matrix humectatur vel vulva etiam illinitione menstruorum non humectatur quia menstrua retenta sunt ad nutriendum fetum hoc autem nomine matricis eius extremitas idest vulva intelligitur vel vulva. sicca est quia a matrice iam repleta ex semine viri iam interius conceptato in voluptas matricis a venereis illecebris non adeo diffunditur nec in lacrimas resolvitur venereas Extincta enim est sitis eius que prius sedari non poterat quod fit quia iam repleta est et ex interiori sarcina aggravata minus potest vacare pruritui venereorum Ex va cuitate namque matricis oritur sensibilitas et ex sensibilitate ampliori amenitate veneris matrix amplius insistatur ¶ Venus sopita non incitatur propter pondus

racione Sed obiurenunt at subagitatores et lenones et asueti ad venere directos
hoc esse falsum: quia a multis post concepcione audivimus et instancius appetitur
coitus quam antea Dixerunt se etiam vidisse quasdam que ante concepcione sunt adultere
minus pudoris claudebant Sed facta concepcione umbilicum et renes eius relaxabat
Respondetur hoc potius ex servitate tam quam tam ardoris et voluptatis: non tamen dico
quin ex fetu calore duplicato reddam pruritus innascitur Sed non est adeo volup
tuosus sicut qui fuit ante concepcionem vel in concepcione Tunc enim matrix tota se aperit
et applaudamus temperancie seminis ipsum intromittit in novitate concepcionis idest
formacionis ¶ Aliud Commentum ¶ Matrix quoniam erit de athomosis resolucionibus
quandoque significat conceptum quandoque non hic addit signa per que fiat discrecio quando
significent conceptum Et primo ponit generalia 2° specialia cum matrix consecuta est
quod desiderabat et adepta est quod venabatur quiescit Et ideo clauditur et retrahitur quod de
siderabatur et acceptum collum eius et vulva desiccantur quia non fluit quod solet fluere
unde vulva minus humorosa fit ¶ Venus sopita cum matrix recreata sit propter concepcionem
habito fine ad quem ipsa est facta tunc in eo quiescit naturaliter Unde non appetit plus
coire Tamen ex ebullicione postea facta in ipsa matrice: maxime si matrix ipsa ge
nerandi fuerit colerica: et etiam matrix sit sibi similis in complexione Sunt tamen
quedam mulieres pregnantes que appetunt coitum vehementer quoniam in eis renes super
flue calefiunt et maxime cum vulva non recipiat in se humorositate solita et propter hoc
magis appetunt coitum et forte ad hoc ut eius humectetur vulva matrix coitum appe
tit maxime propter necessitatem quam propter utilitatem quoniam natura stimulata a vehementi sic
citate stimulata matrice ad appetendum coitum ¶ Retencio fluxus idest menstruorum
retinentur autem menstrua ut fetui sumentur nutrimenta et propter torlusione interiore ori
ficij ¶ Aliud Commentum ad predicta tercium ¶ Matrix patet tamen huius ex parte
quoniam coartatur collum matricis ut retineatur materia generandi ¶ Affectus idest appe
titus ¶ Discolor idest varius et multiformis nos enim apparuit arenia: modo fruc
tus acerbos modo tectam modo carbones et similia quod licet contingit ex sanguine me
struo melancolico et contagioso redundante ad os stomaci et inficiente ipsum Unde appe
tunt similia sue infeccioni Sed hoc licet fieri maxime in novitate concepcionis propter re
tencionem menstruorum Sanguis enim menstruus adhuc est in motu In tercio autem mense
vel in quarto fetu iam confirmato cessat talis appetitus ¶ Vomitus ex eadem causa
sed accidit maxime in novitate concepcionis ¶ Compressio virge ex augustacione inte
rioris orificij matricis Unde videtur viro cum coit cum muliere quod virga a vulva
sugatur precipue quando virga est longa ¶ Mamme grossiores ex redundacione
sanguinis ad spongiositatem mamillarum unde distenduntur et ingrossantur Sunt namque
continui meatus a matrice ad mamillas per quorum continuitatem fit transitus de ma
tricibus ad superiora: et ad mamillas ¶ Turbacio istud signum est ab ypocrate dictum
dicit enim in quinta particula amphorismorum mulierum si vis scire an concepit quando dormitura
est da ei mellicratum bibere et si quidem habuerit torciones concepit si vero non
non Sed non est omnino ocadium signum quia suscepto mellicrato: torciones sentiunt
ur tamen propter hoc est semper defecta concepcione Si vero in corpore mulieris suscep
to mellicrato fiat absencia et privacio torcionis etiam signum non facte concepcionis

De signis concepcionis masculi

Conceptum maris insinuat splendor faciei
Membrorum levitas spissi concretio lactis
Alter tumor ventris in dextra parte rotundus
Femineum fetum contraria signa figurant

¶ Exposicio ¶ Conceptum hic
sunt signa concepcionis masculi
quia si mulier ante concepcionem
esset discolorata: et facta con
cepcione habeat faciem bene co
loratam Ex hoc habetur: unum
signum concepcionis masculi quantum est ex hoc ¶ Membrorum levitas Si facta concep
cione mulier licet levitatem membrorum ex hoc est signum concepcionis masculi quantum est
ex hoc ¶ Spissi concrecio idest coagulacio lactis et spissitudo ¶ Alter tumor scilicet ventris
¶ In dextra parte rotundus quia ibi est locus concepcionis masculorum ¶ Femi
neum Signa contraria istis que dicta sunt significant concepcionem femine ¶
Conceptum ¶ Conceptum Post tractatum de generalibus signis concepcionis subiungit
auctor de specialibus ¶ Splendor faciei Revertit ad priorem consistenciam mulier
Si autem ante concepcionem solebat esse minus colorata et post modicum facta con
cepcione purpurea facies vel illuminata extiterit ex hoc splendor concepcionis masculi

Nam si calidiori sanguine et in calidiori parte matricis concipitur · tunc naturalis calor in corpore mulieris multiplicatur et melior digestio procreatur Nam ex bona digestione bonus color in facie nascitur ¶ Membrorum levitas Et eadem causa ex bona namque digestione bonum est nutrimentum et bona reparatio spirituum ex quibus sufficienter reparatur robur et vigorositas ipsi corpori prestantur et membra levigantur ¶ Spissi concretio lactis idest coagulatio quia lac magis est digestum et excoctum et ablata est aquositas virtute caloris Unde si eius gutta super unguem vel super marmor aut super aliam rem tersam apponatur non fluit · sed lateralis partis eius redigunturque in rotundum et hoc significat masculi conceptionem ¶ In dextera parte ubi est locus conceptionis masculorum ¶ Rotundus Quia partes masculini corporis cum sint fortiores fortius sibi coherent nec in materie quedam fragilitate distenduntur ¶ Contraria sexus Nam contrarietatum causarum contrarii sunt effectus ¶ Secundum commentum ad predicta carmina ¶ Conceptum hic determinat signa conceptionis specialia: materia masculi est specialior quam femine Ponit auctor quod sperma viri stat loco factoris et agentis sed sanguis menstrualis loco materie Et ex hoc patet quod homines vel calidior est omni muliere: tamen quedam mulieres calidiores sunt quibusdam viris sed hoc intelligo de calido virtuoso et materiali magis · viri autem omnis calidiores sunt calore virtuoso et formali et ideo viri fortiores sunt feminis ¶ Splendor faciei Quoniam ex natura calida que abundat in materie elevatur fumi vel vapores calidi ad epar unde calefit Et similiter ad cor unde calefit unde ex hiis membris sic calefactis elevantur calidi vapores ad faciem et ad caput: unde facies splendescit: rubor est ex flore sanguinis virtute caloris depurati et inde levitas totius corporis: quoniam calor rarefacit et subtiliat que duo sunt principia levitatis calidum vero velociter mobile ¶ Spissi concretio Que fit a calore forti aquositatem propriam et spiritum fortiter comprehendentem unde videmus quod carnes cocte rigidiores sunt quoniam calidum superponit humidum et spiritum comprehendit et coagulat per absumptionem humidi prius existentis Sed attendendum est quod calor aggregatus fortior est quam sparsus: et ideo parvi viri numquam sunt humiles quoniam calor eorum est aggregatus · unde mobiles fortiter sunt elevati quoniam calor semper spargitur et elevat et ideo sunt audaciores · et subtiliores Contrarium accidit in magnis propter eius sparsionem Unde si magnum sapientem videris vel inveneris et parvum humilem redde laudem deo ¶ Atque tumor Cum enim calor humidus fortiter comprehendit rotundat sicut superius probatum est Et hoc etiam fit in dextra parte maxime: quia calida est et ideo tumor rotundatur: cum concipitur masculus ¶ Signa contraria apparent in mulieribus Et nota quod splendor faciei maxime conceptionem masculi certificat Si ante conceptionem facies erat palida

De spermaticis Resolutionibus

Spermaticis in scripta notis urina fatetur
Illecebres coitus genitalia membra gravari
Fermento veneris ludibria vana soporis
Sive gomorream vel membri vim resolutam

¶ Expositio ¶ hic determinat de spermate apparente in urina Res urina cum spermaticis resolutionibus apparens residentibus vel ad fundum tendentibus significat coitum precessisse aut nocturnam illusionem aut voluntate et desiderium venereorum operum sine actu et tunc significat membrorum generativorum repletionem ¶ Sive gomoream Talis etiam urina si frequenter occurrat gomoream significat vel paralesim generativorum membrorum ¶ Commentum ¶ Spermaticis In hoc capitulo auctor agit de spermate in urina · cum quando cum urina mittuntur resolutiones spermatice · unde apparet urina cum quibusdam spermaticis resolutionibus Est ergo talis res urina cum spermaticis resolutionibus apparens ad fundum tendentibus vel residentibus coitum significant precessisse aut nocturnam illusionem aut concupiscentiam aut effectum venereorum operum sine actu consequente significat etiam genitalium membrorum et didimorum repletionem ex spermate quod est quia redundat in testiculis et per incontinenciam cum urina emittitur Significat etiam talis urina si frequenter occurrat: gomoream sive paralesim genitalium membrorum Est autem gomorrea immoderata et involuntaria spermatis effusio que est passio turpissima de qua multitudo non modica vel aliqui aliquando pereunt qui talem egritudinem confiteri erubescunt unde morbi malicia magis confortatur Fit autem hec passio ex nimia sanguinis abundancia: unde sperma augmentatur et propter nimiam abundanciam multiplicatur et emittitur sine aliqua delectatione et virge erectione Fit etiam quandoque ex debilitate virtutis retentive: quandoque ex lenificatione vasorum seminarum unde vasa seminaria lubrificantur et sic sperma ex tali lubrificatione cum non habeat coherenciam in receptaculis involuntarie labitur Significatur autem hec passio in illis qui habent paralisim

in membris genitalibus sicut in epilenticis et appopleticis in illis enim urina et sperma involuntarie emittuntur. et sic sperma propter debilitatem nervorum et propter aliam causam intrinsecam involuntarie egreditur ¶ Spermatice notis idest spermaticis resolucionibus ¶ Grupta idest prefixa ¶ Mercebris coitus quo ad celebrandum coitum idest quando aliquis celebraverit coitum: unde ex reliquiis materie resolute et non sufficienter educte quia debilis fuit spiritus expellens ideo talis apparet urina ¶ Genitalia membra secunda significacio quia membra genitalia dicuntur in hoc loco testiculi virga et didimi proprie ¶ Fermento idest spermate quo testiculi turgescunt sicut pasta ex fermento crescit et dilatatur ¶ Ludibria vana soporis idest nocturnas illusiones ex venereis officiis vel sopibus quando scilicet dormientibus se ingerunt et impressa mente sompniat vel dormiunt ¶ Gomorream idest immoderata et involuntaria spermatis effusionem ¶ Vim resolutam idest paralisim que fit ex dissolucione membrorum ¶ Sequitur aliud commentum ad predicta carmina ¶ Spermatice sperma emittitur aut propter multitudinem materie aut propter defectum virtutis contentive aut propter debilitatem lacertorum remollitorum secundum paralisim ¶ Mercebres quia nimis movetur materia et nimis calescunt testiculi unde fortius attrahunt: et sperma ibi generatum post emittitur subtiliatum per motum precedentem in coitu nimio ¶ Genitalia membra propter multitudinem materie spermatice que intumescit a calore per motum ¶ Ludibria secundum in tali operatione non bene modificantur toramitates ex spermate ¶ Gomorream idest involuntaria spermatis emissione ¶ Vim resolutam idest virtutis contentive et propter lacertorum emollicionem destitutam etcetera

De pulvereis resolucionibus

Sub forma cineris corpuscula pressa deorsum
Infima membra notat morbi languore gravari
Est atticus emoroidis splenisque tumore
Sepius apparet vel quando menstruus humor
Temporibus certis sua respiracula nescit

¶ Exposicio ¶ Sub forma hic determinatur de resolucionibus pulvereis que emittuntur cum urina ad similitudinem pulveris Est ergo recta urina in colore remissa cum pulvereis resolucionibus in fundo residentibus significat egritudinem membrorum inferiorum sicut renum et lumborum et partium inferiorum ¶ Ex atticus In atticosis et frenosis et in pacientibus emoroidas et inflacionem splenis apparet quando talis urina ¶ Vel quando menstruus Talis eciam urina apparet in mulieribus quando patiuntur retencionem menstruorum ¶ Commentum Sub forma cineris hic ponitur aliud capitulum de pulvereis resolucionibus que cum urina emittuntur: et sub forma pulveris in fundo subsistunt unde colligitur recta talis urina in colore remissa cum pulvereis resolucionibus in fundo residentibus in colore nigris vel lividis significat emoroidas Significat eciam atticos sive codilomata Talis eciam urina significat vicium splenis et in mulieribus significat coitum et si talis diu appareat significat retencionem menstruorum Emoroide sunt quinque vene: que a cili vena procedentes usque ad pudibundum evolutum terminantur Iste ergo vene quandoque replentur et aggravantur ex melancolico sanguine qui maxime abundat in cili vena que splen radiatur Splen vero frigida est cum sit pars corporis posterior unde propter frigiditatem illius per melancolicus sanguis in illis venis habet dominium suum Cum autem predicte vene aggravate sunt et super replete ex melancolico sanguine distenduntur et fortius eo in loco tumescunt atque inflantur ita quod in capitibus earum quedam apparent tumorositates varie unde sentitur gravedo et ponderositas circa partes inferiores et adest pigricia totius corporis et discoloratio faciei Ille autem vene quandoque rumpuntur et sanguis emittitur in multa quantitate rumpuntur ille vene propter abundanciam sanguinis et propter incolumenciam vel ex calore nimio propter acuitatem et corrosionem vel ex frigiditate exteriorum propter compressionem Unde hec passio maxime est in illis familiaris qui super marmore sedere consueverunt Est autem emoroigos nomen membri et passionis quia ille vene dicuntur emoroide per quas venit hec passio que dicitur emoroigis Unde est dicendo ab illis venis vena emoroides dicuntur dicitur autem emoroides ab emo quod est sanguis et roys quod est fluxus Unde dicuntur emoroides quasi fluxus sanguinis in emoroidibus urina debet esse remissa in colore Nam melancolico sanguine abundante in corpore debilitatur naturalis calor Unde digestio rudescit et ex digestionis ruditate discoloratur urina Apparet autem cum pulvereis resolucionibus que resolute a melancolico sanguine nigro et terrestri per continuos meatus derivate ad vesicam cum urina emittuntur et quia sunt ponderose et terrestres subsident in fundo Atticus sunt collectiones facte circa anum ex melancolico sanguine in illis partibus

turbato et viscositate inducente spiri sunt molles electionis certa anni distincte quibusdam
granis in modum granorum ficus Condilomata sunt dure et solide collectiones circo
lunde circa anum in glandium et dicuntur condilomata a condilo quod est rotundum
Unde apud maximianum reperitur digitos in condilon replicatos idest in rotundum In
atturosis egitis et ficosis et condilomaticis urina apparet similis priori et spissa causa
causa dispositionis secundum colorem talem fit resolutiones tales ex vino splenis post data me
dicaminum maxime post dissolutionem partium Apparet eadem urina remissa cum resolu
tionibus pulvereis Similiter in retentione menstruorum Nam sanguine melancolico
per menstrua retento resolvuntur quedam partes unde ab ipso sanguine et que supra
modo que quedam cum urina emittuntur ¶ Cinereis idest pulvereis ¶ Infirma mem
bra sunt renes et lumbos et inferiores partes que ratione compassionis molestantur
ut dictum est

De ypostasi

Informat sedimen color et substantia tempus
Forma: locus. color est albus substantia quamvis
Continuata sibi tamen sua forma figurat
Inferior fundus locus est constantia tempus
Album totum residens constans permeatum
Si sedimen fiat fiat bona fit digestio per
Fortis nature triplici viget actio motu
Albificat nudat cumulat condensat et unit
Ventosum calor extenuat sorbetque vapore
Virtutes que bona sunt retinet que prava repellit
Nec natura suos secat aut interpolat actus
Hys claret signis ostensio certa salutis
Facta fit febris brevis est destructio morbi

¶ Expositio In isto loco determinat
de ypostasi Est igitur ypostasis su
perfluitas tercie digestionis effusa
in urina ypostasis in tercia di
gestione: dividitur a nutrimento mem
brorum et emittitur cum urina
Unde hic ponitur descriptio ypostasis
laudabilis et sunt quinque condi
tiones ypostasis scilicet color qui est albus
substantia que debet esse continua sine inter
ruptione et divisione: locus qui
est fundus urinalis prius ypostasis
scilicet quamvis multos dies permanerat
in sua bonitate forma quia debet
esse ad modum forme piramida
lis vel pinealis ut incipiat a
lato et cumquam tendat in acu
tum Et de istarum differentiarum

qualitate singulariter determinatur in comento valde bene ¶ Album continua ¶ In
isto versiculo continentur quinque differentie ypostasis naturalis scilicet quod sit alba in colore
continua in substantia: residens in fundo secundum locum constans quantum ad tempus
permeatum quantum ad formam Et si tale sedimen cum istis conditionibus appareat in uri
na significatur quod digestio est bona et virtus forte et quod actio nature triplici viget motu
Unde notandum quod triplex est motus nature scilicet alterativus: localis et et essentialis
hic declarantur in fine comenti ¶ Commentum ¶ Informat aliud triplicem ponitur
de ypostasi ubi videndum est quid sit ypostasis et eius proprietates Est enim ypostasis su
perfluitas tercie digestionis cum urina effusa. Omnis ergo digestio superfluitatem habet suam
prima digestio apparet habet per sua superfluitate egestionem et ventositatem Secunda
digestio habet urinam Tercia digestio habet ypostasim et sudorem Ypostasis in tercia digestione
dividitur a nutrimento membrorum Cum enim in omnibus membris fiat digestio et
dividitur a nutrimento ypostasis Sed non tota ypos
omnia membra nutriuntur a quolibet nutrimento dividitur ypostasis Sed non tota ypos
tasis que a nutrimento dividitur cum urina purgatur Nam viarum longitudine et
meatuum strictura non potest totum ad vesicam provenire. pars enim quedam a calore
consumitur Alia per sudorem mundificatur Alia pars extenuatur et per fumum et
vaporem expirat: illa porcio sola que vasis coheteret et propinquior est viis urinali
bus ad vesicam descendit Cum enim vasis coheriat ratefacte nisi porcorum exta
tenditate ingreditur vasa et per meatus continuos determinatur ad epar: ab epate vero
per capillares venas descendit ad vesicam et cum urina emittitur In urinis autem
sanorum non apparet ypostasis quia fortitudine calore et virtute membrorum superfluitas
illa consumitur Membra etiam in sanis melius nutriuntur et pauce sunt superfluitates
membrorum ex nutrimento Unde pauca vel nulla est ypostasis Quatuor sunt ypostasis
differentie scilicet color substantia locus et tempus Ysaac in libro urinarum aliam s
quintam differentiam apponit que est forma et nos Ysaac sequentes illam differen
tiam quintam apponimus Naturalis color ypostasis est albus. omnia namque ypostasis
membra que consimilia namque membra humani corpore omnia: sunt alba uni
versaliter debet esse alba Consimilia namque membra humani corpore omnia: sunt alba
versaliter quamvis etiam caro videatur esse rubea Sed non est ille color carnis: sed
porius sanguinis dispersi per poros ipsius carnis. Unde si caro coquatur et expressi
sanguinis dispersi albificatur et ad proprium colorem revertitur Nutrimenti
autem sunt sicut lubricamentum albificatur et ad proprium colorem revertitur Nutrimenti
tum ergo non incorporatur membris nisi prius dealbetur Est autem nutricio conver
sio rei nutrientis in naturam rei nutriendo: ergo nutrimentum est album in membra
sunt alba Et ypostasis est de tali materia: ergo in colore debet esse alba: omnia

namque consistentia debet esse similis idest similis et uniforma cuius a quo dedecet ideoque
nulla ypostasis est laudabilis nisi sit alba. hec enim significat perfectam assimilationem
nutrimenti secundum naturam membrorum et fortitudinem naturalis caloris in digestione expe
ulente. Rubea enim ypostasis minus bona est. significat enim longitudinem egs
tudinis et cruditatem materiei unde virtus digestiva non etiam prevalet in tercia digesti
tione in faciendo digestionem nutrimenti. significat tamen similitudinem eiusdem cuitatem rei
bene terminabilem quia fit de sanguine puro et sincero quod tenuior animus est naturae
et maxime familiaris. Subrussa ypostasis peior est rubea quia fit de sangui
ne aquoso. vel minatis ex ruditate sanguinis maiorem plexitatem egritudinis li
vida ypostasis vituperabilis est quia significat mortificationem. Viridis vel nigra pes
sima est quia significat adustionem et mortem. Et hec de colore ypostasis sufficiant
Substantia ypostasis est continua quia debet esse sine divulsione et interruptione sic
ut naturam proprie quod significat terciam digestionem materiei esse perfectam que non habeat
aliquam ventositatem que sui presentia possit divellere continuitatem ypostasis divulsio
autem ypostasis fit ex ventositate digestionis Et hec de substantia ypostasis sufficiant
locus ypostasis proprius et naturalis est fundus debet namque esse ypostasis subsistens
in fundo urinalis. et talis subsidentia significat secundam digestionem non fuisse
turbatam nec impeditam aliqua ventositate Nam si secunda digestio fuisset ventosa
illa ventositas non urina pelleret ypostasim vel in media parte urine vel in superiori
Si maior esset ventositas Et sunt tres differentie ypostasis secundum locum Nam
si ypostasis fuerit subsidens in fundo et impulsa vocatur sedimen Si autem sit impul
sa in media regione urine vocatur encorima quasi dependens Et si fuerit impulsa
usque ad superficiem urine ex maiore impulsu ventositatis vocatur nephilis idest nu
bes ex methafora nubium Et hec de loco ypostasis sufficiant ¶ Tempus ypostasis
est permanentia in talibus differentiis per multos dies. talis autem permanentia est equa
litas sine tempus per quod sanatur maxime fortitudo nature quia quidem in bene operando
non deficiat sed semper eius continuare sufficit Nam si in prima die appareat ypostasis
in bonis differentiis : et in secunda appareat in malis : ex tali inconstantia significatur
natura debilitas que non potest in bono opere perseverare Et nota quod equalitas in bona
ypostasi est optima Sed equalitas in mala ypostasi est pessima Inequalitas ergo in
malo bona est Sed inequalitas in bonis mala est Et hec de tempore ypostasis
sufficiant ¶ Forma ypostasis debet esse conoides idest in modum figure piramidalis
Ut incipiat a lato et perpendiculariter eiusque tendat in acutum quasi in modum
piramidis vel in modum pinee Talem vero formam vocat Ysaac pineatam quasi
tendentem in acumen in modum pinee Talis ergo forma significat digestionem
perfectam unde grossiores partes ypostasis in fundo subsistunt et constituunt eius basim
Mediocres autem que non sunt adeo ponderose medium occupant leviores vero quasi sunt
ignee et aeree superius tendunt litteram prout patet ¶ Sine grumis idest sine
compaginibus ut habeat propriam coherentiam ¶ Conica a lato incipit et tendit
in acutum in modum galle ¶ Locus est fundus eius idest in inferiori parte consistens
¶ Constantia est eius permanentia per multos dies ¶ Album continuum hec potest
Descriptio bone ypostasis et quid habeat significare ostendit ¶ Album in colore
¶ Continuum quantum ad substantiam ¶ Residens quantum ad locum ¶ Constantia
quantum ad tempus ¶ Pineatam non ad pinum sed ad pinee formam refertur
¶ Bona digestio : non quia alba albedo enim non sufficit ad insinuandum perfectam
digestionem. posset namque album et impulsum et divulsum apparere Sed bona
digestio significatur ratione quod est album cum aliis sequentibus differentiis.
Virtus digestiva viget tertio motu ¶ Tres est motus nature in
tria digestiva : scilicet alterativus qui fit in stomacho et in intestinis
localis qui fit in gulo venarum et per vias dispersionis, et essentialis
qui fit per alias vias que sunt venarum vel emungunt ¶ albificat
Item alterativus motus ¶ Mundat : condensat et unit Item localis
et essentialis ¶ Ventositas calor. quod significatur per continuitatem idest
per consistentiam ypostasis repellit per vaporem ¶ Item quod significatur
per continuitatem et consistentiam ypostasis.

De sedimine quod deficit in differentiis bonis

Ledit et incendit sedimen utriusque priorum

Dissonus et varius faciens discrimina mota
Servatis reliquis si pendeat aut petat altum
Flamine ventoso digestio lesa probatur
Salvo iure loci servata lege coloris
Vis ventosa movens sedimen compage soluta

Exponitur
Superius posuit auctor
quamque circumstantias sedimenti
laudabile hic
determinat de ypostasi
recedente a laudabili
et dicit quod sedimen
quodcumque differens
in aliqua predictarum
circumstantiarum

In quacumque differt, utrum differt a laudabili sedimine verbi gratia sedimen in
colore album et differens secundum locum cum nebula vel nefrides differt
et recedit a laudabili ypostasi quia hic non servatur velositas. Ex digestione
et hoc non velositate impellente petit superius et efficitur nebula vel nephilide
et ideo notandum quod ypostasis cum tria loca que occupat in urina tres
accipit denominationes, si igitur occupat fundum dicitur sedimen, si medium
dicitur nebula, vel eneorima, quasi dependens et si superius sit impulsa cum
maiore ventositate fortius impellente nephilide appellatur, et sic ypostasis
in quantum elongatur a naturali efficitur innaturale ¶ Salvo iure loci, si ypostasis
servat locum et colorem, scilicet quod sit alba cum colore et in fundo cum loco et
servat substantiam et non continua est innaturale ypostasis et vituperabile
et significat digestionem turbatam fuisse ex ventositate ¶ Continuum
¶ Lesa et. Superius tetigerat auctor bonum et legittimum sedimen cum suis
circumstantiis scilicet loco: colore: substantia: tempore et forma, nunc vero dicit
quod si sedimen peccat in aliqua istarum circumstantiarum vel in aliquas est inlau-
dabile et preter naturam, si cum equale colore et continuitatem non mutaverit
